℞ Flor. Roſ. rub. ſicc. minutim ſciſſ. ℈iv. Sem. Papav. albi contuſ. Ol. Roſ. ã ℥ſs. Farinæ Hord. ℥j. Aceti q. ſ. contundendo miſce.

Refrigerans, Reſtringens, & Anodynum eſt: Fronti applicetur tepidè ad Capitis dolorem pulſatilem.

*Catapl. de Pomis.*

℞ Pulp. Pom. (non auſter.) aſſat. ℥j. Panis albi (in Lacte cocti, & expreſſi) ℥ſs. Album. Ovi j Troch. alb. Rhaſ pulv. ʒij. m.

Ad Oculi Dolorem Inflammatorium.

*Catapl. de Raphano* ℥viij.

℞ Rad. Raph. ſylv. Scillæ ā ℥ij. Herb. Rutæ Sem. Sinap. Salis ā ℥j. Sapon. nig. ℥ij. Aceti. q. ſ m.

Nonnunquam addere ſoleo pulv. Cantharidum. ℈ij.

Pro plantis pedum in Febribus. Vid. Catapl. de Halec. & Lot. Ped.

*Catapl. de Rapis* ℥xij.

℞ Rad. Raparum (in furno coct.) ℥viij. Herb. Rutæ contuſ. M.iv. Sem. Sinap contuſ. ℥ij. Ol. Iunip. ʒij. Vng. Nerv. q. ſ. m. f. Catapl. pulv. Euphorb. aſpergendum.

Ad membra Paralytica. Vide Lin. Paralyt.

Ex Rapis coctis optimum fit Cataplaſma ad Teſticulorum tumorem.

*Catapl. Sambucinum.*

℞ Fol. (vel cortic. intern.) Sambuci M.iv. decoq. in Lacte: magmati expreſſo adde Saponis mollis ℥j. in linteum duplex extenſum, pulvere Ceruſſæ conſperſum, & calidè applicatum, mirificè compeſcit Eryſipelas.

*Catapl. de ſedo.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ij. ſucci ſedi maj. Syr. de Mecon. ā ℥ſs. pul. Troch. Alb. Rhaſ. q. ſ. m. f. Catapl.

Vſui eſt contra Oculorum Dolorem, Ruborem, Tumorem, & Humoris Affluxum, Fervoremque.

*Catapl. Stomachic.* ℥j.

℞ Ther. Ven. ʒvj. Cinnam. Garyoph. pul. ā ʒj. Ol. Chym. Ment. gut. vj. Abſint. gut. ij. Aceti q. ſ. m.

Contra nauſeam, & vomitum.

*Catapl.*

*Catapl. de Succis.*

℞ Succ. expreſ. Cepar. Petroſel. Apii, Fœnic. ā ℥ij. Micæ panis albi q. ſ. contunde in Mortario.

Ad Vrinam ciendam applicetur Pubis regioni; vel juxta Vreteres, ſi forte calculus minor illapſus ibi ſubſtiterit. Vid. Fot. Diuret.

*Catapl. Suppedale.*

℞ Ther. Ven. ℥ij. Sem. Sinap. Gran. Parad. ā ℥iſs. Salis ℥j. Sapon. nig. ℥ij. Ol. Spicæ ℈ij. Aceti q. ſ. m.

Vt Suppedaneorum diverſa Genera. Operandi naturam, Vſurpandique rationem (ad mentem meam) explicem, Dico quòd agunt.

1 In quantum vim ſatis notabilem, immediato tactu, imprimunt in Plantarum cutim exquiſitiſſimo ſenſu pollentem, quæ exinde in Fibrillas, Membranas, Nervos, Cerebrum, & Spiritus: hincque in Cor, Arterias, & Sanguinem facillimè derivatur. Hujus generis ſunt 1 Actu calentia, & Pacantia, (qualis eſt Lotio Pedalis quam vide) atque ex uſu ſunt quotiès Sanguis ebulliens inæqualitèr circulatur, & impetu facto, Superiora perperàm impetit; ut in Capitis ardore, dolore, Vigiliis fieri ſolet. 2 Acria Stimulantia, qualia ſunt Catapl. de Halec. & de Raph. atque indicantur cûm Spiritus ipſi opprimuntur (ſed non penitùs perimuntur) & ſtupent, ut in Affectibus Soporoſis, evenit.

2 Agunt (non primariò in Pedes ipſos, ſed) in quantum Corpuſcula quædam ex iis decedentia, atque in ſanguinem ipſum admiſſa, illum pro variâ eorum naturâ, vel mollitèr palpant; vel vividè exagitant. Hujus generis ſunt, 1 Spiritus Expandentia,

& Excitantia, ut Theriaca, Olea Aromatica, Allium, Sinapi, Euphorbium, &c. Hæcque expetuntur quando Spiritus exhauſti extremè languentes, & ferè ſuccumbentes, Continuitatis ſeriem, Expanſionis æquabilitatem, & Irradiationis vigorem non ampliùs tueri ſufficiant; exindeque trepidant, reſiliunt, & deliquia patiuntur prout in Febricitantium Tendinum ſubſultibus, Syncope, &c. 2 Spiritus Demulcentia, qualia ſunt Columbarum, Pullorumvè vivorum diſſectorum; & Pulmonum Agninorum adhuc calentium applicationes. Hiſque tunc utimur cùm Spiritus ſummè irritantur, & exploduntur; ut in Vigiliis, Delirio, Convulſionibus.

*Catapl. de Telis* ℥xſs.

℞ Terebint. Ven. ℥ij. ſucci Plantag, ℥iſs. Fic. N. iij. Flaved. cort. Aur. recent. ʒij. Boli ʒ iſs. Fulig. ℥ ſs. Sterc. Columb ℥iſs. Tel. Aranear. magn. N. vj. Sapon. nig. ℥iv Aceti q. ſ. m.

Ad Febres intermittentes, Carpis ſtrictim alligetur ante Paroxyſmi acceſſum.

*Catapl. de Terrâ Cimoliâ* ℥xij.

℞ Micæ panis albi ℥ iv. Sem. Papav. albi contuſ. ℥ ij. coq. in Lacte; col. expreſ. adde pul. Terræ Cimoliæ, Ol. Roſ. ã ℥ ij. Ol. Mac. expreſ. ʒj. Camph. ℈ j. m.

Capiti raſo admoveatur, ad vigilias, & Phrenitidem, quotiès cauſa ſit externa, ſcil. Ardor, & fere Inflammatio Pericranii. Ad Cerebrum verò ipſum Cranii, & Meningum mæniis tàm ſecurè munitum, hujuſmodi Externa poſſe pertingere, vix adhuc auſus ſum credere.

*Catapl.*

*Catapl. Theriacale.*

℞ Ther. Venet. ℥ ij. Myrrh. (vitello ovi ſolutæ) pul. Rad. Serp. virgini Elix. Prop. Tartaris. ā ℥ ſs. Ol. Tenebrit ℥ ij. Camph. ℈ j. Mellis q. ſ. m. f. Catapl.

Sanguinis, & Spirituum diſtributionem, & per partes circulationem reſtituit; calorem nativum revocat; putredini reſiſtit: Morſibus venenatis, & Gangrænæ medetur.

*Catapl. Vomitum ſedans.*

℞ Cydon. (ſine Seminibus) lib. ſs. coq. in Aceto ad Mollitiem; in mortario contuſ. adde Pul. Balauſt. ℥ ſs. ſuper linteum extenſ. aſperg. Pul. Garyoph. ʒ j. & calidum applicetur.

Inter contundendum addi poteſt Aq. Hungar. ℥ ſs. & ſuper linteum extenſo Ol. Ment. gr. viij. & Ol. Abſinth. gr. iv.

*Caudela Cordialis* lib. j.

℞ Amygd. dulc. contuſ. N. xij. Vitel. ov. N. ij. Conſ. Roſ. rub. & Conſ. Fl. Garyoph. ā ℥ j. Aq. Cœleſt. ℥ ſs. Vini Canar. Aq. Roſ. Damaſc. redolentis ā lib. ſs. m. & expreſ. adde Confec. Alkerm. ʒ ij. Ol. Cinnam. gut. ij. m.

Inſigniter nutrit, & Spiritus proſtratos reficit.

*Caudela Reſtaurans.*

℞ Medullæ ſpinal. Bov. (mundatæ à pelliculis) lib. ſs. Aq. Roſ. & Vini dulcis (Tent dicti) ā lib. j. Dactyl. inciſ. N. x. Paſſul. ſol. exarillat. N. xxiv. Cinnam. ʒ ij. elixetur in Balneo vj. horas.

℞ Hu-

℞ Hujus col. ℥ vj. Vitel. Ov. j Nuc. Moſc. ℈ j. Sacch. q. ſ. m. pro hauſtu.

2. *Caud. Reſtaurans.*

℞ Vini dulcis (Tent) lib. iv. Raſ. Sant. alb. Cupul. Gland. ā ℥ ſs. Rad. Eryng. cond. Dactyl. Fic. ā ℥ iv. Nuc. Moſc. inciſ. ℥ ſs. Herb. Lamii Mij. Coq. ad lib. ij. col. adhuc tepidæ adde Vitel. Ov. N. iv. Sacch. cand. albi ℥ j. m.

Addi poſſunt Raſ. CC. Ebor. Priap. Hippopotami, Horminum, &c. propinetur tepidè manè.

*Cerevíſia Amara Aromatica.*

℞ Abſint. ſicc. Miv. Rad. Calami aromat. ℥ iſs. Zedoar. ℥ j. Angel. Hiſp. Enulæ, Zinzib, Galangæ, Cort. VVinter. Cinnam. Sem. Carui, Coriand. ā ℥ ſs. Pip. longi, Cubeb. Cardam. Garyoph. Mac. Nuc. Moſc. ā ʒ ij. præp. pro ſacculo ſuſpend. in Cong. iv. Cereviſ.

Ventriculum frigidum calefacit, flaccidum corroborat, Coctionem juvat, Flatus diſcutit, Nauſeam, tollit, & Vomitum ſedat. Porrò Sanguinem exaltat: Succos craſſos attenuat; crudos digerit; Obſtructiones aperit, & Diaphoreſin promovet.

*Cerev. Antimonialis.*

℞ Antimon. crudi (pulv. in nodulo ligati) lib. j. Herb. Fumar. Agrimon. ā Miv. pro Cereviſ. Cong. iv. Ad potum ordinarium, adverſus Sanguinis fæculentias, & Affectus Cutaneos.

Dr. Boyle infundit Cinnaberim Antimonii in vino Rhenano, ad eoſdem uſus: & in ejus laudes ſpatiatur.

*Cerev. Aperiens.*

℞ Rad. 5. Aper. Cichor. Filic. mar. Glycyrrh. ã ʒ ij. Herb. Linguæ Cerv. Hepaticæ. Hed. terr. Summit. Tamariſci ã Mij. Bac. Iunip. Sem. Fœnic. dulc. ã ʒij. Paſſul ſol. exacin. lib.ſs.f. Sacculus pro Cong.iv.

Obſtructiones reſerat, ſanguinem retorridum, acrem. ſalſum corrigit, & recrementa ejus per Vrinam amandat. Vſui eſt poſt Febres in quibus Sanguinis Craſis vitiatur; necnon in Scorbuto calidiori, Rachitide. &c. Doſ. lib. j. bis in die.

*Cerevíſia Arthritica.*

℞ Raſ. Guaiaci, Saſſaph. á ʒ j. Herb. Chamædr. Chamæpit. ã Mij. Coq. in Cereviſ. novellæ (Lupulorum vice) Cong. vj. ad iv. Col. in doliolum repoſit. ſuſpend. Sacc. ſeq.

℞ Rad. Caryophyll. lib. ſs. Hermodact ʒ iv. Herb. Agrimon. Salv. Beton. ã Miv. Epith. Fl. Stæch. Arab. ã Mij. Paſſul. enucl. lib. ſs. præp. ſ. a.

In Arthritide, Doloribus vagis, Affectibus Catarrhoſis, Hydrope, Morbiſque à nimio, & acri Sero, Tonoque partium præfacto oriundis, cum ſucceſſu laudabili propinatur ad lib. j. bis in die.

*Cerviſ, Aſtringens..*

℞ Rad. Symph. maj. Sigil. Solom. ã lib. ſs. decoq. in Cerev. nov. generoſæ cong. vj. ad iv. col. adde Succi Plantag. Millefol. ã lib. j. & ſuſpend. in ſaculo Herb. Burſæ Paſt. Centinod. Saniculæ, Piloſel. ã Miv. Paſſul enucl. ʒ xij. ſimul fermenteſcant.

Sanguinis compagem nimis laxam, & ſolubilem obfirmat. Vaſa diſrupta conglutinat. Egregiè valet adverſus Hæmorrhoidum dolorem; quaſcunque Sanguinis

guinis profuſiones; Vteri Rheumatiſmum; Sudores nimios; & Vlcera ichoroſa.

*Cerev. de Baccis.*

℞ Bacc. Cynosb. ſiccat. & craſsè contuſ. lib. ſs. Bacc. Iunip. ℥iv. Bac. Agrifol. Hed arbor. Sem. Dauci ſylv. Fœnic. dulc. ā ℥j. Herb. Alth. Parietar. Aparines, Virgæ aur. ā Miv. Paſſul. ſol. lib. ſs. præp. pro ſacc. ſuſpendend. in Cong. iv.

Flatus diſſipat, è Renibus & Veſicâ Mucores, & Arenulas eliminat.

*Cerev. ad Cancrum.*

℞ Rad. Angel. Hiſp. Bardanæ, Filipend.: ā ℥iv. Enulæ ℥ij. Gent. Serp. Virg. ā ℥j. Herb. Iacobææ, Geran. Robert. Salv. ā Miv. Scordii, Rutæ ā Mij. Millep. viv. Pint. j. Antimon. crudi fruſtulatim fracti lib. ſ. Sacul, pro cong. iv.

*N. B.* Minimè debet Cereviſia hæc euſque inveteraſcere, donec aceſcat; idque non tantùm ob Millepedes, quarum Sal volatile ab Acido oboletur; ſed potiſſimùm ob Antimonium, quod ab acido reſeratum, planè Emeticum evadere proclive eſt.

Inſerviat potui ordinario per menſem.

*2 Cereviſ. ad Cancrum.*

℞ Lig. Guaiaci ℥iv. Saſſaph. Rad. Sarſap. Oxylap. Filipend. Cynogl. Cort. Iugland. ā ℥ij. Herb. Roberti, Lamii, ā Miv. Millep. pint. j. præp. pro Cong. iv. Cerev.

Scrophuloſis etiàm præſcribi poteſt, iis præſertim qui frigidioris ſunt temperaturæ.

Obſervavi milliès (inquit Sylvius) Alterantia blanda majori Ægrorum commodo uſurpari paulò ante, aut

 poſt

poſt aſſumpta Alimenta ; quin unà cum ipſis, quàm tempore alio. Sic enim Medicamenti vis ſe blande admiſcet , ac inſinuat , non tantùm Salivæ in Ventriculo , ſed confluentibus Humoribus omnibus in Dextro Cordis Ventriculo ; & cunctis Arteriis , Veniſque quo ipſo citiùs , faciliùs , feliciuſque abſolvetur quæſita ipſius , aut ipſorum Emendatio , & Correctio.

*Cervif. Cephalica.*

℞ Raſ. Guaiaci , Saſſaph. ā ℥ ij. coq. in Cerev. nov. tenuis Cong. vj. ad iv.& ſuſpend. ſacc. ſeq. ſc.

℞ Rad. Pœon. mar. ℥ viij. Angel. ℥ iv Calam. arom. Galangæ ā ℥ ij Herb. Beton. Salv. Chamæpit. Marrub. albi ā Miv. Rutæ, Fl. Stæch. ā Mij. Cort. Aurant. recent. ℥ ij. Bac. Iunip. Cardamomi ā ℥ iij. præp. ſ. a.

Pepſin adjuvat : ſerum ſanguinis edulcorat. Cerebrum corroborat ; ſpiritus depurat , & copulâ heterogeneâ extricat. Vſui eſt in morbis Soporoſis , Convulſivis , & Paralyſi.

*Cerev. Chalybeata.*

℞ Limat. Chalyb. lib. ſs. Rad. Dulcamaræ lib. j. probè contundendo commiſceantur in Mortario , & f. Nodul.pro Cong.iv.Cerev. —— Addi poſſunt Saſſaph. Bac. Iunip. ā ℥ ij. Herb. Abſint. Mij.

Bibatur lib. ſs. bis quotidiè cum leviori exercitio; ad Sanguinis pauperiem emendandam ; & obſtructiones expediendas.

Quamcunq ; vis Cereviſiam , hoc facili potes apparatu Chalybeatam reddere.

℞ Limat. Chalyb. lib. j. Tart. albi ℥iv. contuſis in mortario ( non æneo ) ſenſim affunde Succi Limonum q. ſ. ad malaxandum ; Stent 12 horas ; deinde

nodulo

nodulo incluſa, cum cæteris (pro re natâ præſcriptis) ingredientibus, ſuſpend. in ſacculo in Congiis iv.

*Cerev. Chlorotica.*

℞ Guaiaci, Saſſaph. ã ℥ ij. Rad. Rubiæ tinct. Apii, Ruſci, Zedoar. ã ℥ iv. Herb. Artemiſ. Puleg. Cardiacæ ã M iv. Thymi. Dictamn. Cret. ã M j. Matricar. M ij. Sem. Dauci ſylv. ℥ iij. Gran. Parad. ℥ j. Limat: Ferri (in nodulo ligat.) lib. j. f. Sacc. pro Cong. iv.

Languentem ſanguinis fermentationem de novo ſuſcitat, ſuccos crudos concoquit, pituitoſos incîdit; obſtructiones aperit; Corpori bonum habitum, vividumque colorem conciliat. Chloroſi affectæ uſurpent pro potu ordinario.

*Cerev. de Dauco.*

℞ Sem. Dauci ſylv. ℥ vj. Paſſul, ℥ xij. f. Sacc. pro Cong. iv.

Renes, & Vreteres emungit; Arenulas pellit; & Calculi generationem præcavet. Tanta vis Diuretica huic Semini ineſt, ut quendam novi, qui multos annos hâc Cereviſiâ pro potu ordinario uſus, exinde quaſi Diabeticus eſt factus: Cùm veró ab eâ idpropter abſtinuit, è morbo immunis redditus eſt; & adhuc dùm (licet Octuagenario major) ſanus permanet vigetque.

*Cerev. Diuretica.*

℞ Sem. Sinap. integri ℥ iv. ponatur in lagenâ vitreâ cum Alæ lib. ij. poſt tres dies. depromatur ad uſum; & quotiès hauſtus expromatur; totiès lagena de novo Ala iterum repleatur; idque eouſque repetatur, donec Semen fuerit effœtum, & exhauſtum.

Poten-

Potentiſſimè, & ultra fidem, Vrinam movet. Convenit Hydropicis, Arenuloſis, Scorbuticis, Paralyticis.

*Cerev. Epileptica.*

℞ Rad. Pœon mar. recent. ℥ iv. Sterc. Pavon. lib. ſs. Paſſul. ſol. ℥ xij. f. Saccul. pro Cong. ij.

Specifica habetur adverſus Epilepſiam, & Vertiginem.

Stercoris Pavonis partes ſunt duæ diſtinctæ; una nempè fuſca & villoſa, quæ conſtans ex quiſquiliis aridis; ex comeſtorum reliquiis fit; planèque inutilis eſt. Altera autèm alba, & æquabilis, quæ Sanguinis Recrementum eſt; & Sale volatili imprægnatur. Hæc ſola Medicamentoſa habetur.

*Cerev. Hydropica.*

℞ Cinerum Geniſtæ cribrat. lib. ſs. Rad. Raph. ſylv. ℥ iv. Irid. Florent. Calami. arom. Enulæ ã ℥ ij. Lig. Guaiaci, Saſſaph. Bac. Iunip. Sem. Dauci ſylv. ã ℥ j. Sem. Sinap. ℥ ij. præp. pro Cong. iv.

Concoctionem juvando; Lympham gelatinoſam eliquando; Obſtructiones amovendo; Vrinamque ciendo; Anaſarcâ laborantibus mirificè ſubvenit. In Aſcite verò; & ubi vaſa lymphatica ſunt diſrupta, plus damni, quàm levaminis allaturam autumo.

*Cereviſ. Hyſterica.*

℞ Raſ. Lig. Buxi lib. ſs. Fol. Viſci arbor. conciſ. M iv. coq. In Cerev. nov. Cong. vj. ad iv. col. ſuſp. Sacc. ſeq. ſo.

℞ Rad. Pæon. mar. recent. lib. ſs. Bryon. albæ ℥ iv. Herb. Artemiſ. Meliſſæ ã M vj. Puleg. Rutæ ã M ij. Sem. Dauci ſylv. Angel. (vel Paſtin. ſylv.) ã ℥ ij. Raſ. Stanni (in nod. lig.) lib. ſs. præp. ſ. a.

Mulieri

Mulieri Vaporibus obnoxiæ propinetur ter in die: vel inſerviat uſui ordinario.

*Cerv. Icterica.*

℞ Raſ. Ebor. ℥j. Marrub. albi Miv. coq. in Cerev. nov. Cong. vj. ad iv. col. ſuſp. ſacc. ſeq.

℞ Rad. Oxylap. lib. ſs. Curcumæ Rub. tinct. ã ℥ii. Vrticæ ℥iv. Herb. Chelid. maj. Aparin Fragariæ cum toto. Cort. Berber. ã Miv. Sterc. Ovilis (in nodulo) ℥ iv. Millep. viv. pint. j. Limat. Chalyb. lib. j præ. ut artis eſt.

Sanguinis pauperiem emendat; ſuccorum cruditatem corrigit; Hepatis obſtructiones expedit. Cachecticis, & Ictericis medetur.

*Cerev. Iuniperina.*

℞ Bac. Iunip. contus. ℥ iv. Paſſul. ſol. conciſ. lib. ſs. includantur ſacculo è telâ rarâ, qui pendeat in Alæ mediocris Congiis iv. ſinatur fieri fermentatio ad perfectam uſque depurationem; Liquor deinde limpidus includatur Lagenis vitreis, quæ probè obturatæ in Hypogæo reſerventur.

Et palato, & ventriculo gratiſſimè arridet; Flatus diſcutit; Saburram Renum ejicit; Arenulas pellit; Lienoſis, & Calculoſis plurimum confert.

*Cerev. è Lignis.*

℞ Raſ. Guaiaci, Saſſaph. ã ℥ij. Sant. citr. & rub. Raſ. Ebor. CC. Rad. Sarſap. Chinæ ã ℥ j. Glycyrrh. Sem. Aniſi, Bac. Iunip. ã ℥ij. Paſſul. lib. ſs. Antim. (in fruſtula comminuti, & in nodulo ligati) lib. j præp. pro Cong. iv.

Calefacit; exiccat; crudos humores concoquit; craſſos attenuat; viſcidos incîdit; lentos abſtergit; aquoſos diſcutit. Diaphoreſin concitat. Ritè convenit

nit quibuſcunque affectibus Frigidis, Pituitoſis, Catarrhalibus; porrò & Tumoribus Seroſis, Oedematoſis; & Vlceribus humidis.

*Cerev. Pectoralis.*

℞ Rad. Chinæ ℥ iv. Sarſapar. Symp. maj. Glycyrrh. ā ℥ ij. Irid. Florent. Enulæ ā ℥ j. Raſ. Ebor. CC. Sant. citr & rub. ā ℥ ſs. Herb. Ling. Cerv. Rutæ murar. Hed. ter. Scabioſæ ā Miv. Sem. Aniſi ℥ ij. Paſſul ſol. lib. ſs. præp. pro Cong. iv. Addi poſſit Gallus ſemicoctus, & in fruſtula conciſus.

Sanguinis, & humorum acrimoniam attemperat; Lentorem incîdit; Expectorationem facilitat; Pulmones roborat. Valdè proficua eſt vel in Phthiſi ipsâ, ſi nondum fuerit confirmata.

*Cereviſ. Purgans.*

℞ Rad. Oxylap ℥xij. Polipod. ℥iv. Raph. ſylv. ℥ij. Herb. Hed. terr. Naſturt. aq. Becabungæ, Cochl. hort. ā Mij. Lig. Saſſaph. Bac. Iunip. Sem. Coriand. Glycyrrh. ā ℥ j. Sennæ ℥ iv. Paſſul. lib. ſs. præp. pro Cong. iv.

Vtiliter propinatur Scorbuticis, Cachecticis, humorum, & fæcum abundantiâ laborantibus. Verno tempore mane ad lib. j. hauriatur plus minûs, per unam alterâmve hebdomadem.

Cereviſiæ Purgantes nil, vel parum, alvum ſubducunt. ſi aceſcere incipiant, inquit *Le Mort*.

*Cerev. Purgans Antimonialis.*

℞ Rad. Oxylap. lib. ſs. Polipod. Enulæ ā ℥ iv. Lig. San. citr. rub. Bac. Iunip. ā ℥ ij. Sem. Carui. ℥ j. Herb. Scabioſæ Mviij. Hepat. Agrimon. ā Miv. Sen-

næ

næ ℥ iv. Rhab. ℥ ſs. Agar. ℥ j. Antimon. crudi (in fruſt. contuſ. & in nod. lig.) lib. j. diſpenſ. pro ſacculo ad Cong. iv. Cerev. quibus adjice Succi Fumar. lib. j.

Ad Pſoram, & Affectiones cutaneas.

*Cerev. Purgans Hydropica.*

℞ Rad. Irid. noſtrat. ℥ iv. Raph. ſylv. ℥ ij. Enulæ, Scil. ā ℥ j. Sem. Sinap. Bac. Iunip. Lig. Saſſ. ā ℥ ij. Cort. VVinter. ℥ ſs. Cort. inter. Sambuc. Ebuli ā ℥ ij. Sennæ ℥ iv. Rad. Helleb. nig. Ialap. Agar. ā ℥ ſs. diſpenſ. pro Cong. iv.

Ingredientia (præter purgantia) continent tenuium partium quæ obſtructiones reſerant, Vrinamque pellunt. Hydropi adæquatè convenit, ab ℥ viij. ad lib. j. ſingulis diebus manè ſumpta.

*Cerev. Purg. pro Puerilis.*

℞ Rhab. tenuiter inciſi ʒ ij. Glycyrrh. ſem. Aniſi ā ℈ ij. Paſſul. ſol. Enucl. Num. 30 vel 40 pon. in Lagenâ vitreâ cum Cerev. lib. ij.

Suaviter, & ſine ægritudine, operationem ſuam peragere ſolet; ventriculum & Inteſtina lubrica corroborat: Vermibus inſenſa eſt. Doſ. ℥ ij. plus minus.

*Cereviſ. ad Rachitidem.*

℞ Rad. Oſmundæ reg. (vel ejus defectu, Filic. mar.) Clycyrrh. Lig. Saſſaph. ā ℥ j. Cort. Fraxini, Cort. Hederæ arbor. ā ℥ ſs. ſummit. Tamariſci, Herb. Ling. Cerv. ā M iv. Millep. viv. Num. 250. Paſſul. ſol. ℥ iv. diſpenſ. pro Cong. j.

Specifica meritò audiat ad hunc affectum; ſit pro potu communi quotidiano.

Rachi-

Rachitides veræ rarius occurrunt, niſi annis, quibus Intermittentes Autumnales prædominium habent, quod obſervatu dignum, inquit Sydenham.

*Cereviſia Scorbutica attemperans.*

℞ Summit. Pini (vel Abietis) Miv coq. in Cereviſ. nov. generoſiſſimæ Cong. v. ad iiiſs. in doliol. repoſit. affunde ſucci Becab Naſturt. aq. Tarax. Aparines ā lib. j. fermenteſcant ſimul cum ſacculo ſeq. immiſſo.

℞ Rad. Oxylap. ℥ iv Sarſæ, Chinæ, Bac. Iunip. ā ℥ ij. Raſ. Sant. citr. & rub. CC. Eboris, Glycyrrh. Sem. Fœnic. dulc ā ℥ j. Herb. Ling. Cerv. Hepat. Agrimon. Hed. terr. ā Mij. Antimon. crudi lib j. præp. ſ. a.

Sanguinem aduſtum, ac fervidum temperat; ſupra modum fermenteſcentem ſedat; Hypochondria valdè æſtuantia refrigerat; in iiſque ſanguinis, & vaporum ebullitiones immodicamque *Zimoſin* cohibet. Singulari modo reſpicit Scorbutum calidum, & affectionem Hypochondriacam. Sit pro potu ordinario.

*Cereviſia Scorbutica calida.*

℞ Rad. Oxylap lib. ſs. Raph. ſylv. ℥ ij Lig. Guaiaci ℥ iv. Bac. Iunip. Cort. Aurant. recent. ā ℥ j. Cort. VVinter. ſem. Sinap. Pip. longi, Caryoph. ā ʒ ij. Paſſul. ℥ iv. Herb. Cochl. hort. Becab. Naſturt. aq. Aparin. ā Miv. ritè præp. pro Cong. iv.

Si purgantem volueris, adde Rhabarb. ℥ j. & Sennæ ℥ iv.

Cruditatem Scorbuticam concoquit; concretiones ſalinas diſſolvit; fæculentias pituitoſas eluit; ſanguinis miſtionem reſtituit; ejuſque circuitum per vaſa corporis minima liberiorem reddit: temperamento frigidiori præditis maximè commoda eſt.

*Cereviſia Scorbutica extemporanea.*

℞ Cerev. mediocris lib ij. Spir. Cochl. ʒ ij. Bac. Iunip. ʒ j. ſem. Fœnic. dulc. Glycyrrh. ã ʒ ſs. Paſſul. ℥ ij. Reſerv. in lagenâ vitreâ. Addi poſſunt Raph. ſylv. ℈ ij. Cort. VVint. ℈ iv.

Iiſdem pollet virtutibus ac prior; eſt quidem illâ parabilior; ſed vix adeò efficax.

*Cerev. ad Scrophulas.*

℞ Raſ. Guaiaci, Saſſaph. Cort. Iugland. arbor. Rad. Lapathi acuti, Filipend. Cynogloſ. ã ℥ ij. Herb. Geran. Robert Lamii ã Miv. Paſſul. ſol. lib j. Millep. viu. pint. j. præp. pro cong. iv.

Singulariter, & ſpecificè, reſpicit Scrophulas, Cancrum, & Affectus cutaneos.

*Cerev. Splanchnica.*

℞ Guaiaci, Saſſaph. ã ℥ ij. coq. in Aq. font. cong. j. ad lib. iv. col. infundatur in doliolum cum Cerev. nov. potentis Cong. iiiſs. & immitatur Sacc. ſeq.

℞ Rad. Lapathi acuti ℥ viij. Raph. ſylv. ℥ iv. Cort. Fraxini ℥ ij. Bac. Iunip. ℥ j. Sem. Dauci ſylv. Coriand. an. ℥ ſs. Herb. Agrim. Hepaticæ, Ling. Cerv. ſummit. Tamariſci an Miv. præp. pro Cong. iv.

Fæculentias atrabilarias in viſceribus ſtagnantes circulationi reddit: Splenis duritiem, & infarctus diſſipat; eximie conducit Hypochondriacis, ſi pro potu ordinario diù aſſumatur.

*Cerev. Splenetica.*

℞ Cort. Tamariſc. ℥ iv. Cort. Cappar. Fraxini, Lig. Guaiaci, Saſſaph. an. ℥ j. Herb. Agrim. Miv. Abſint. Cuſcutæ an Mij. incide, & coque in Alæ cong. vj.

ad

ad iv. in quibus ſuſpende (in nodulo) Limat. Chalib. lib. ſs. Antimon. crudi ℥ iv.

Hujus per fermentationem depuratæ doſis ſit ℥ vj. vel lib. ſs. bis in die.

*Cibus albus.*

℞ Lact. lib. iv. Thorac. Caponis cocti, Amygd. dulc. excort. ℥ ij. contundantur, fortitèr exprimantur; tunc bulliant lento igne addendo farinæ Orizæ ℥ iij. & cum concreſcere, incipiunt lento igne addantur Sacch. alb. ℥ viij. Aq. Roſ. rub. cochl. x. m.

Ad victum reficientem in Tabe, & Gonorrhæâ.

*Cucuphæ* ʒ x.

℞ Rad. Pæon. mar. ſicc. ʒ ij. Angel. Hiſp. ʒ j. Irid. Florent. Flor. Lavend. ã ʒ ſs. Fl. Stæch. Arab. ʒ j. Garyoph. Nuc. Moſc. Mac. ã ℈ j. Styr. calam. Labdani, Succini, Balſ. Tolu, ã ʒ j. Ol. Roriſmar. gut. v. fiat pulvis craſſiuſculus, qui bombace exceptus, & panno ſericeo interſutus, formetur ut artis eſt, pro Cucuphâ, quæ ſingulis noctibus, fumo Succini, Olibani, Balſami Tolut. aut ſimilium (ſuper carbones conjectorum) calefacta, ſuper caput geſtetur.

Inſignis eſt utilitatis in affectibus Capitis, humidis, pituitoſis; in doloribus frigidis, diuturnis, Catarrhalibus. Spiritus recreare; & robur Capiti, Cerebroque conciliare creditur.

*Decoct. Acetoſæ.*

℞ Rad. Acetoſæ, Paſſul ſol. exacin. & conciſ. ã ℥ ij. Rad. Glycyrrh. Hord. Perl. ã ℥ ſs. coq. in Aq. font. lib. iij. ad lib. ij. col. adde Syr. Limon. ℥ j. m.

Sit in Potum Febricitantibus.

*Decoct. Agarici.*

℞ Agar. ( conciſ. & nodulo lig. ) ʒ ij. coq. in Aq. font. q. ſ. ad ℥ iij. ſub finem addendo Garyoph. contuſ. ʒ ſs. col. admiſce Scammon. præp. gr. iv. Syr. Roſ. Sol. ℥ j. ol. Aniſi gut. j. f. Potio.

Vbicunque Phlegma tenax Viſcera oblinens fuerit expurgandum, apprimè convenit; ſpeciatim Chloroſi laborantibus ( ante Chalybeatorum uſum ) inſignitèr conduxiſſe ſæpiùs obſervavi.

*Decoct. Allii.*

℞ Raſ. Lig. Sanct. ℥ iij. Rad. Zedoar. ℥ iſs. coq. in Aq. font. lib. xij. ad medias, ſub finem addendo Rad. Allii conciſ. ℥ iij. Sem. Aniſi, Dauci ſylv. Cymini ã ℥ j. col. adde ſp. Cochl. ℥ ſs. m.

Contra Hydropem propin. ℥ vj. mane, & quartâ pomerid.

*Decoct. Althææ.*

℞ Rad. Althæ. ℥ ij. Herb. Alth. Mj. coq. in Aq. Hord. lib. iij. ad iſs. col. adde Aq. Raph. comp. Spir. Vini Gall. ã ℥ iv. Bac. Iunip. Lauri ã ℥ ſs. Sem. Aniſi, Fænic. dul. Carvi, Dauci ſylv. ã ʒ ij. f. Infuſ. cal. & clauſa 2 horas, in col. diſſol. Gum. Arab. ℥ j. Syr. de Mecon. ℥ iv. m.

Vrinam, & Arenulas pellit, eodemque tempore Acorem obtundit, & Dolorem ſedat.

*Decoct. Amaro-Aromatici* lib. ij.

℞ Rad. Calami arom. Zedoar. ã ℥ ſs. Gent. Galangæ ã ʒ ij. Herb. Centaur. min. Abſint. ſicc. Flor. Chamæm. Stæchad. ã ʒ j. f. Decoct. in Aq. font. lib. iij. ad ij, ſub finem addendo Sem. Carui contuſ. ℥ ſs. col.

Vires

Vires poſſidet Decocti Amari alterantis; ſed inſuper potentiùs flatus diſcutit; & Ventriculum calefacit. Doſ. ℥ iv. bis in die.

*Decoct. Antiloimici* lib. ij.

℞ Rad. Zedoar. ℥ ſs. R. Contray. Angel. Hiſp. Raſ. CC. Eboris ā ʒ ij. Theriacæ Ven. Mithrid. Diaſcord. ā ʒ j. Croci ℈ j. Coccinel. ℈ ij. præp. adde Aq. Hord. depur. lib. iiſs. & in ollâ vitreatâ operculo ſuo clausâ ſemihoram coque hujus decocti per manicam Hippoc. ſine expreſſione tranſcolati ℥ xxiv. adde Aq. Epidem. Theriacal. ā ℥ ij. Syr. Garyophi. ℥ iv. Succi cherm. col. ℥ ſs. fol. Auri N. iv. m.

Quando Febris Malignæ Venenum Spiritus adoritur, ſtupefacit, & fere exanimat; hujuſmodi generoſa Alexipharmaca tempeſtive exhibita novum Vigorem inſpirando; Copulamque Deleteriam excutiendo, ſubindè ex Orci faucibus ægrum arripiant.

Cùm verò ex alterâ parte, Malignitas ſit agilis & feræ indolis (ut in Variolis, Morbillis, & Febribus quibuſcunque malignæ proſapiæ Inflamatoriis) tunc Alexipharmaca, quæ Sanguinem in fervores, & Spiritus in furores adigere poſſunt, pro Venenis omninò ſunt habenda.

Doſ. cochl. iij. vel iv.

*Decoct. Aperientis* lib. ij.

℞ Rad. Petroſel. Fœnic. ā ℥ j. Cort. Cappar. Tamariſci ā ℥ ſs. Herb. Ceterach, Ling. Cerv. Agrimon. Hepaticæ ā M j. Coq. in Aq. & Vini albi ā lib. jſs. ad ℥ xxviij. col. diſſol. Syr. è 5 Rad. Oxym. ſimpl. ā ℥ ij. m.

Iiſdem pollet virtutibus, ac Cereviſia Scorb. Attemper. quam vide; ſed potentiùs Diureſin ciet.

*Decoct.*

*Decoct. Aſtringentis* lib. ij.

℞ Cort. Granat. contuſ. ℥ j. coq. in Aq. (vel decoc. alb. depur.) lib. iij. ad medias, ſub finem adjiciendo Garyophyll. contuſ. Nuc. Moſc. ā ʒ j. col. diſſolve Syr. è Roſis ſicc. ℥ iij. Aq. Cinnam. fort. ℥ iv. Aq. Ment. ℥ i. Theriacæ Ven. ʒ ij. m.

Ventriculum, & cætera Viſcera firmat. Multiplicis eſt usûs in enormi, Symptomaticâ Diarrhœâ, Dyſenteriâ, &c. Doſ. ℥ v. bis in die; vel cum, vel ſine Laudano, pro præſenti rerum ratione.

*Decoct. Balſamici* lib. ij.

℞ Paſſul. ſol. exacinat. & conciſ. ℥ ij. Rad. Sarſæ Chinæ, Glycyrrh. ā ℥ ſs. Raſ. Eboris, CC. ā ʒ ij. Summit. Hyper. Mj. coq. in Aq. Hord lib. iij. ad ℥ xxx. ſub medium coctionis addendo Balſ. Tolu. ʒ iij. col. diſſol. Syr. è Rubo Idæo ℥ ij. Balſ. Peruv. gut. viij. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

In Phthiſi utiliter propinatur. Ichoris enim acredinem corrigit: Bronchiorum infarctus expedit; Tubercula cruda diſſipat; & vaſorum rupturas reſarcit. Exhibeatur ad ℥ iv. bis, tervè in die.

*Decoct. Bardanæ comp.* lib. ij.

℞ Rad. Bard. ℥ iv. Herb. Chamæpit. Miv. Coq. in Aq. font. lib. iij. col. ℥ xxviij. adjice Aq. Lumbric. Magiſtr. ℥ iv. Spir. Cochl. Elix. Propr. Tartariſ. ā ʒ ij. m.

Ad Arthritidem.

*Decoct. Berberum* lib. ij.

℞ Cort. Berber. Rad. Curc. ā ℥ ſs. Herb. Chelid. maj. Miv. Fimi Anſer. (in Nodulo) ℥ ij. Aq. font. lib. ijſs.

lib. ijſs. coq. ſub finem add. Vini albi lib.ſs. Croc. ℈ j. col. lib. ij.

Ad Icterum. Doſ. ℥ iv. cum Syr. è 5 Rad. & Oxym. Scill. ā ʒ iij. bis in die.

In Ictero obſervabat practicus quidam, Morbum fore lethalem, quando Colore, non tantùm faciei cutim, quæ rarior eſt, ſed etiam Capitis, quæ craſſior eſt, flavo fuſco tinxerit.

*Decoct. Cachecticum pro 4 doſibus.*

℞ Rad. Polypod. ℥ j. Cort. Fraxini, Tamarind. ā ℥ſs. Paſſul. ℥ j. Crem. Tart. ʒij. Coq. in Aq. font. ℥xx. col. ℥ xij. adde Vini albi ℥iv. Succi Limon ℥ ſs. Sennæ ℥ j. Rhab. Agar. (in nodulo) ā ℥ ſs. f. Infuſio calida, & clauſa 12 horas. Col. adde Mannæ, Syr. Cichor. cum Rhab. ā ℥ ij. Ol. Aniſi gut. ij. Sp. Cochl. Elix. Prop. ā ℈ iv. m.

Cachectici quò leniùs tractentur, eò citiùs curentur.

*Decoct. ad Cancrum* lib iv.

℞ Rad. Scroph. maj. Tapſi Barb. ā ℥ ij. Filipend. Herb. Ceterach, Roberti, Agrimon. Tormentil. Scabioſæ, Linar. ā Mj. Flor. Samb. Anthos ā p. j. Sem Vrticæ ʒ ij. f. Decoct. in Aq. lib. vj. ad lib. iiiſs. col. add. Syr. de Pomis Alterant. & de ſucco Citri ā ℥ iv. m.

Propin. hauſt. tèr in die.

*Decoct. Cannabini* lib. iv.

℞ Sem. Cannab. contuſ. ℥ iij. Herb. Agrimon. Burſæ paſt. Plantag. Centinod. ā Miſs. coq. in Aq. lib. vj. ad iv. col. edulc. Sacchari ℥ iv. vel Syr. è Roſ. ſicc. ℥ viij.

Doſ. ℥ iv. bis in die, ad Mictum in Lecto involuntarium.

*Decoct.*

*Decoct. Catarrhalis* lib. ij.

℞ Raſ. Sant. citr. & rub. ā ʒ ij. Guaiaci. Saſſaph. ā ℥ſs. Glycyrrh. ℥iſs. Paſſul. ſol. ℥j. coq. in Aq. Hord. depur lib. iiiſs. ſub finem coctionis adde Succi Cynogloſ. ℥ iv. coq. ad lib. ij. & col.

Doſ. ℥ iv. ter in die.

*Decoct. Catechu ſimpl.* lib. j.

℞ Pul. Ter. Iapon. ʒ ij. coq. in Aq. font. lib. j. ad ℥ xij. per ſubſidentiam depur. adde Aq. Cinam. fort. Syr. Cydon. (vel è Roſis ſiccis) ā ℥ ij. m.

Doſ. ab ℥ ij. ad ℥ iv in Ventriculi, aut Inteſtinorum laxitate; atque in diſpoſitione Sanguinis Catarrhali.

*Decoct. Catechu comp.* lib. ij.

℞ Raſ. Guaiaci, Saſſaph. ā ʒ iij. Sant. citr. & rub. ā ʒ ij. Terræ Iaponicæ pul. ℥ ſs. Glycyrrh. ℥j. Salv. ſicc. Mj. coq. in Aq. Hord. lib. iij. ad ℥xxx. col. diſſol. Diacodii ℥ ij. Ol. Aniſi gut. j. m.

Vaſorum. & Glandularum oſcula dehiſcentia fortitèr conſtringit: Membranas exquiſitè ſenſiles mucore leni oblinit; Spirituſque irritabiles demulcet. & pacat: Hinc. in Catarrho tenui, præ aliis ferè quibuſlibet præſidiis, opem contuliſſe frequenter animadverti. Doſ. ℥ iv. ter in die.

*Decoct. Cephalici* lib. ij.

℞ Guaiaci, Saſſaph. ā ʒ ij. Rad. Pæon. mar. ℥ j. Herb. Salv. ſicc. Majoranæ, Beton. Fl. Stæchad. Arab. ā Mſs. coq. in Aq. font. lib. iij. ad ℥xxviij. col. adjice Aq. Pæon. comp. Syr. Pæon. Com. ā ℥ ij. Tinct.

Caſtor. ʒ ij. Ol. Roriſmar. Nuc. Moſc. ã gut. ij. Sacch. alb. ℥ j. m.

Aptè præſcribitur contra affectus Capitis, & Nervorum, frigidos, Catarrhoſos, ad Apoplexiam Epilepſiam, Torporem, Paralyſin, *&c.* ad ℥ iv. bis in die.

*Decoct. Cereviſiatum.*

℞ Raſ. Lig. Sancti, Glycyrrh. à ℥ j. Paſſul. Malacenſ. ℥ij. Ter. Iapon. ʒij. coq. in Cereviſ. fort. novel. nondum fermentationem paſſæ lib.iij.ad ℥ xxx. Col. ſubſidendo clarefactæ adde Tinct. Benzo. ʒij Syr. Balſ. ℥ ij. m.

Iiſdem ferè viribus pollet ac Extractum pectorale; ſed magìs calefacit, incidit, & expectorat.

*Decoct Chamæpiteos comp.* lib. ij.

℞ Chamæpit. Mij. Flor. Stæch. Arab. ʒij. Rad. Pœon. mar. ℥ j. coq. in Aq. font. lib. iij. ad lib ij. col. adde Spir. Cochl. & Spir. Lavend. Comp. ã ʒ j. m.

Sumantur ℥ iv. cum Spir. Sal. Armon. gut. xx. tèr in die ad Arthritidem.

*Decoct. Clyſteriſantis* lib. j.

℞ Herb. Malvæ Mij. Viol. Senecion. ã Mj. Fl. Chamæm. Sem. Lini, ã ʒ ij. Sem. Fœnic. dulc. ℥ ſs. f. Decoct. in Aq. lib. iſs ad lib. j. col.

Parum differt à Decocto communi; ſed quia Beta, Parietaria & Mercurialis non adeò ubivis creſcunt, & recentes præſto ſunt, hoc faciliùs, & citiùs parabile deſcribere, operæ pertium fore duxi.

*Decoct. Coccinei* lib. ij.

℞ Nitri ℥ j. Sacch. albi ℥ iv. Coccinel. gr. xvj f. pulv.

pulv. qui conjiciatur in Aq. fontanæ bullientis lib. ij. coq. ad deſpum. & per ſubſidentiam depuretur.

Splendidiſſimè rubens pulcherrimè blanditur oculis; nec Palato valdè eſt iniquum; inter omnes enim quos (variè tentando) invenire adhuc mihi licuerit, hunc facilè jucundiſſimum eſſe modum exhibendi Salem prunellæ didici. Sanguinis fervorem compeſcit; Sitim ſedat; Vrinam ciet, Febribus Inflammatoriis, & ſpeciatim Pleuritidi convenit. Arenulas expellit. Exhiberi poſſint ℥ iv. bis tèrve in die.

Nitrum & Nitrata in Malignis Febribus, cum Diarrhæâ, vel vomitu conjunctis, non conveniunt; quippe hunc augent: & quoque alias ægros tales ad excretiones alvi proclives reddunt. Ettmull. 1. vol. 1102. a

*Decoct. Coprogogum.*

℞ Paſſul. Malacenſ. conciſ. ℥ ij. coq. in Aq. font. lib. iſs. ad lib j in col. infunde ſuper cineres calidos (vel in Furno) per noctem Sennæ, ſem Carui, Aniſi. Cymini ā ʒ vj. Sal. Tart. ℈ j in col. diſſolve Syr. Roſ. ſol. ℥ j. m.

In Colicâ, & ad Scybalos expellendos egregiè valuiſſe non ſemel obſervavi.

*Decoct. Corallinæ* lib. j.

℞ Mercurii vivi ℥ ij. Herb. Dictamn. Cret. ʒ ij. Corallinæ pul. ℥ ſs. Coq. in Aq. Portul. lib iſs. ad ℥ xiv. coletur, ſeparetur à Mercurio, & edulcoretur Syr. Limon. ℥ ij.

Detur Pueris ad ℥ ij. bis in die per 4. dies ante Novilunium, & Plenilunium; atque dein purgentur.

*Decoct. Cynogloſſi* lib. ij.

℞ Herb. Cynogloſ. Mij. Glycyrrh. ℥ ſs. Paſſul. ſol.

ſol. ℥ ij. coq. in Aq. font. lib. iiſs. ad ℥ xxx. Sub finem addendo Sem. Aniſi ℥ ſs. col. adde Diacod. ℥ ij. m.

Ad Tuſſim, Tracheæ aſperitatem, omneſque Thoracis. & Spiritalium partium affectus, a fluxionibus acribus ortum ducentes, accommodatum eſt remedium. doſ. ℥ iv. bis tèrve in die.

*Decoct. Depurantis* lib. ij.

℞ Rad. Gram. Ruſci. Fœnic. Petroſel. ã ℥ j. Herb. Aparin. Tarax. ã Mj. Vvar. Corinth. conciſ. ℥ ij. coq. in Aq. font. lib. iij. ad ℥ xxviij. col. diſſol. Sal. Prunel. ʒ ij. Syr. è v. Rad. ℥ iv. m.

Vrinam potenter ciet. Renes & Veſicam Sabulo & Muco liberat. Sanguinem egregiè depurat; ideoque proficuum eſt Scorbuticis temperamento calidiori præditis; atque admodum conducit poſt iſtiuſmodi Febres, quæ retorridam Sanguini craſin intulerunt.

Propin. ℥ iv. vel vj. bis vel tèr in die.

*Decoct. Diuretici* lib. ij.

℞ Rad. Fœnic. Aſparagi ã ℥ ij. Fruct. AlKek. N. xvj. Herb. Virgæ aur. Mij. coq. in Aq. & Vini albi ã ℥ xx. ad ℥ xxij. col. adde Aq. Raph. Comp. ℥ ij. Succi depur. Petroſel. Syr. Alth. ã ℥ iv. Millep. viv. contuſ. & expreſſ. N. 300. Sal. Prunel. ʒ ij. m.

Serum, & recrementa ſalina à ſanguine copiosè ſecernit: Renes, Vreteres, & Veſicam efficaciter abluit Doſ. ab ℥ iiij. ad lib. ſs.

*Decoct. Diuretico-Catharticum.*

℞ Rad. Vrticæ ℥ j. Bac. Iunip. ℥ ſs. coq. en Aq. font. lib. iſs. ad lib. j. ſub finem addendo Sem. Petroſel. Dauci ſylv. ã ʒ ij. col. adde Sennæ ℥ ſs. Rhabarb. Agar. (in nodulo) ã ʒ ij. Sal. Armon. crudi ℈ ij. Aq.

Raph.

Raph. comp. ℥ ij. f. Infuſ. calida. clausàque ſex horas. col. ℥ xiv. admiſce Spir. Cochl. ℈ iv. Ol. Aniſi gt. 4. Syr. Roſ. ſolut. ℥ ij. m. pro iv. doſibus.

*Decoct. Edulcorantis* lib. vj.

℞ Rad. Sarſap. Chinæ ã ℥ iij. Raſ. Lig. Sant. citr. & rub. CC. Eboris ã ʒ vj. Infunde ſ. a & coq. in Aq. font. lib. xij. ad lib. vj col. Edulc. Sacch. ℥ vj. m.

Dicitur Seri lymphatici acorem corrigere; quantitatem ejus nimiam minuere; Diaphoreſin leniter promovere; uſui eſſe inſigni in Phthiſi incipiente; Doloribus vagis Affectibus Catarrhoſis, Vlceribus, morbiſque Cutaneis.

*Decoct. Emmenagogi* lib. ij.

℞ Rad. Apii, ℥ ij. Calami Arom. Bac. Lauri ã ʒ ij. Zedoar. Cubeb ã ʒ iſs. Mac. ℈ ij. Rad. Galangæ, Gran. Parad. ã ℈ ſs. Dictamn. Cret. Puleg. ã Mj. coq. in Aq. font. lib. ij. & Vini albi lib. j. ad ℥ xxviij. col. adde Tinct. Croci (Aq. Theriac extractæ) ℥ j. Syr. de Stæchade ℥ iij. m.

Sanguinis maſſam novo orgaſmo commovet; illumque vividiùs ad Arterias Vterinas impellit; Vaſorum extremitates aperit. Prægreſsâ Catharſi debitâ, & inſtante tempore menſtruo, ſumat patiens ℥ iv. ad lib. ſs. bis in die, probè ſe exercendo; & frigus cavendo.

*Decoct. Equiſeti* lib. vj.

℞ Equiſeti Mvj. Cydon. inciſ. N. iij. Sem. Sumach. Bac. Myrti ã ℥ iſs. Roſ. rub. ſicc. Miſs. ſem. Balauſt. ʒ iij. coq. in Aq. font. lib. ix. ad lib. vſs. ſub. finem addendo Gum. Tragac. ʒ vj. col. adde Mel. Roſ. Syr. è Roſ. ſicc. ã ℥ iij. Syr Myrt. ℥ iſs. m.

Propinetur hauſtus tèr in die ad Vlcera Veſicæ.

Decoct

*Decoct. Expectorantis* lib. ij.

℞ Rad. Irid. Florent. ℥ ij. Agar. (in nodulo lig.) ℈ iv. Herb. Nicotianæ ſicc ℈ j. Hyſſopi Thymi ā Mj. coq. in Aq. ℥ xxxvj. ad ℥ xxviij. col. diſſol. Oxym. ſimpl. ℥ iv. m.

Hujus decocti ingredientia tenuibus, acribuſque gaudent partibus; ideoque (ſanguinis commeatu) in ductus Tracheales penetrant; ibique materiæ lentæ Impingentes eam adeò dividunt, attenuant, atque exagitant, ut fibris exindè irritatis, & inter tuſſiendum ſucceſſivè contractis Tracheæ, & Veſicularum ejus, contenta, ſurſum ejiciant. Remedium eſt planè præpotens, & propinari oportet calidum inſtar Coffee, bis ad minimum in die.

*Decoct. Febrifugi Amari* lib. ij.

℞ Flor. Chamæm. ℥ij. Coccinel. gr. xvj coq. in Aq. font. lib. iij. ad lib. ij. col. diſſol. Sal. Abſint. ʒij. m. Subinde adde Aq. Theriacal. ſtill. ℥ij. Ol. Iunip. gut. xvj. ſp. ſal. Armon. gut octoginta. Et veſpertinæ doſi, Laud liqu. gut. xx.

Specificum meritò audiat, & ſoli Cortici Peruviano. cedens remedium. Imperare ſoleo ad ℥ iv. tertiis horis, abſente Paroxyſmo.

*Decoct. Febrifugi Magiſtralis* lib. ij.

℞ Cort. Peruv. pul. ℥ ij. coq in Aq. lib. ij. ad ℥xiv. col. & magmati reſiduo affunde de novo Aq. lib. ij. coq. iterum ad ℥ xiv. ſub medium coctionis add. Balſ. Tolu ʒ iij. Coccinel. ℈ j. col. & utriſque colaturis commiſtis adde Syr. Caryoph. ℥ iv. ol. Nuc. Moſch. gut. ij m.

Ad

Ad Corticis vires debitè extrahendas, mirè longa, conſummataque requiritur Coctio. Cum olim experimenti causâ ejuſdem pulverem ſæpiùs decoxiſſem; non eouſque vires ejus exhaurire valui, quin vel octavum decoctum manifeſtè adhùc amaricaret. Quomeliùs ergo ex hoc, & ejuſmodi obſtinatis, Virtus eliciatur, conſultiſſimum erit in pulverem (non craſſum, ſed ſubtiliſſimum) redacta pertinacitèr vrgere, & repetitis vicibus percoquerè.

Quoties adeò ſunt delicatuli, moroſive patientes, ut vel nequeant, vel nolint Corticem in ſubſtantiâ craſſiori admittere; hoc Decoctum in ſubſidium mihi venire ſolet. Doſ. ℥ iv. tertiis horis (à paroxyſmo vacuis) donec fugatur Febris.

*Decoct. Febrifugi Salſi* lib. ij.

℞ Sal. Abſint. ℈ viij. Sacch. albi ℥ iv. Aq. font. lib. ij coq. ad deſpumationem in vaſe fictili vitreato.

Felicem hujus Efficaciam ſæpiſſimè expertus ſum. atque tunc potiſſimùm conſului, cum Febris Cortici non ampliùs obediret, jamque in continuarum claſſem ſe recipere minaretur.

Doſis uſualis fuit ℥ ij. alternis horis.

*Decoct. Fracaſtorii* ℥ xij.

℞ Diaſcord Boli pulv. ā ʒ vj. Aq. Lact Alexit. ℥ x, coq. ad ℥ viij. col. claræ adde Aq. Ment. ℥ ſs. Aq. Cinnam, fort. ℥ ij. Syr. de Mecon. ℥ iſs. m. pro 3 doſ.

Huic virtus ineſt planè divina contra Diarrhœam; namque ægritudines, angores, tormina Ventriculi, Inteſtinorumque furias potenter (ſi quid aliud) ſopit, & ſiſtit. Egregiæ ſpeciatim utilitatis eſt in Febribus Diarrhœâ ſymptomaticâ ſtipatis.

*Decoct*

*Decoctum Fracoſtorii tenue.*

℞ Cruſtam panis albi inferiorem, Diaſcord. ℥ ſs. Coccinel. ℈ j. coquantur (ad duas treſvè ebullitiones) in Aq. font lib. j ſub finem addendo ſacch. alb. ℥ ſs. col. per pannum VVallicum adjice Aq. Cinnam. ℥ij. m.

Sit in potum ordinarium, in Febribus mali moris, cum Diarrhæâ.

*Decoct. Glycyrrhizæ.*

℞ Succ. Glycyrrh. Hiſp. ℥ ſs. mellis ℥j. Aq. Calc. lib. j. coq. ad diſſolutionem. col. adde Tinct. Benzo. ℈ iv. m.

Commodè præſcribatur contra Catarrham.

*Decoct. Hyſterici* lib. j.

℞ Raſ. Lig. Buxi. Rad Bryon. albæ ā ℥ ſs. Rad. Pœon. mar. Valerianæ ſylv. ā ℥j. Flor. Stæchad. Arab. ʒ ij Myrrhæ contuſ. ʒ j. coq. in Aq. font. lib. iſs. ſub finem addendo Succi Rutæ ℥ j. col. ℥ xiv. adde Aq. Bryon. Comp. ℥ ij. Tinct. Caſtor. ʒ ij. Ol. Succini gut. xxxij. Sacch. albi ℥ j. m.

Doſ. cochl. v.

*Decoct. Icterici* lib. ij.

℞ Rad. Curcumæ, Rub. Tinct. ā ℥ j. Herb. Chelid. maj. cum toto Mij. Lumbricos mundatos N. xx. coq. in Aq & Vin. Rhen. ā lib. iſs. ad ℥xxviij. col. adde Tinct. Croci (Aq. Ther. paratæ) ℥ j. Syr. è 5 Rad. ℥ iij. m.

Sanguinis maſſam, velut fermento novo (ſed miri) inſpirat. Glandulas Hepaticas luſtrat; meatus Bilarios ſpecificè deobſtruit. Prægreſsâ debitâ catharſi ebibantur ℥ iv. bis in die, donec affectus diſparuerit.

*Decoct.*

*Decoct. Incraſſantis* lib. ij.

℞ Gum. Arab. craſsè pulv. ℥ iij. coq. in Aq. Hord. lib. ij. ad ℥ xxviij. adde Syr. Alth. ℥ iv. m.

Acerrimam, nimiſque tenuem Lympham temperat, & incraſſat. Euporiſton & optimum Medicamentum meritò eſt cenſendum in Ardore Vrinæ. Vſui eſſe poteſt in Tuſſi acri; item Diabete, ℥ iv. præſcribere ſoleo bis vel ter in die.

*Decoct. Corticis Iuglandis* lib. ij.

℞ Cort. inter. Rad. Iugland. contuſos, tepido maceratos horas viij. in Aceto Sambucino & exſiccatos, Cort. Cappar. ℥ ſs. *S*ummit Tamariſci Herb. Agrimon. ā Mij. coq. in Aq. & Vini albi ā lib. iſs. ad lib. ij. col.

Omninò Splanchnicum eſt, & iiſdem pollet virtutibus ac Decoctum Splanchnicum (quod infra vide) niſi quod forte Splenis affectibus peculiariter magis medetur. Hujuſmodi enim medicamenta unam aliquam partem, præ cæteris, virtute quâdam ſpecificâ reſpicere deprehenduntur; quia eorum particulæ Recrementis intra Viſcus illud ſecernendis magis affines, & proinde aſſociatæ, unà cum ipſis illuc feruntur.

Et preter hanc affinitatem Liquidorum, videtur porro dari Congruentia quædam Solidorum, quâ Medicamentum in particularem quandam partem præciſe vim ſuam imprimit, penitùs intactis aliis. Ita Helleborus albus Labia (obſervante Dre Grevv) Colocynthis Linguæ medium, Solanum lethale Palatum, & Ialapium Gulam maximè (& præ aliis guſtùs organis) afficere ſolent.

*Decoct.*

*Decoct. Iuglandum Purgans.*

℞ Cort. Iugland. ( ut ſuprà præp. ) ℥ ſs. Agar. ( in nodulo ) ʒ j. Garyoph. gr. xv. Sal. Tart. ʒ ſs. coq. in Aq. font. ℥ x. col. ℥ iv. adde Elix. Prop. Tartariſati gut. 60. Scammon. præp. gr. ij. Ol. Aniſi, Iunip. ā gut. j. m. f. Potio.

Hypochondriacis ( ubi purgandum eſt ) convenit.

*Decoct. Iuniperini* lib. ij.

℞ Bac. Iunip. ( probè contuſ.. & in ſacculo in cluſ.) ℥ iv. coq. in Vini Canar. lib. iij. ad lib. ij. col.

Stomachicum eſt, Carminativum, Anticolicum, Spleneticum, Diureticum; ſumantur ℥ ij. ad ℥ iv. bis terve in die.

Rulandus vult ut patiens Hydropicus quotidiè ſumat ℥ vj. aut plures calidè, & in lecto multùm, diuque ſudet.

Coquit etiam ille granorum Iuniperi Miv. in ſeri Lactis lib. viij. ad tertias, pro potu ordinario in Aſcite.

*Decoct. Iunip. compoſ.*

℞ Bacchi Iunip. ℥ iv. coq. ( telâ rarâ incluſ. ) in Aq. font. lib. iiſs. ad lib. ij. deinde adde Sem. Aniſi, Carui, Fænic. dulc. Coriand. ā ʒ ij. Sal. Abſint. ʒ j. clauſo vaſe reponantur, & cum refrixerint, col adde ſacch. alb. ℥ ij. ſpir. Cochl ℈ viij. ſp. Sal. Armon. gut. octoginta, m.

Iuniperi baccæ Aroma Germanorum appellantur; atque Sale volatili, aromatico, oleoſo, balſamico, & quaſi Terebinthinaceo, ditantur.

Decoctum hoc Ventriculum roborat, Concoctionem adjuvat, Flatus diſcutit, Colicam præcavet: Affectionem Hypochondriacum alleviat; Cerebum, Nervos

vos Pulmones, Renes, & Vterum confortat; Putredinem corrigit; diſpoſitionem Renum calculoſam emendat; Menſes promovet; Vrinam ciet.

*Decoctum Liberans.*

℞ Rad. Sarſap. ℥ vj. Vvar. Corinth. conciſ. ℥viij. infuſa ſ.à coq. in Aq. lib.xij. ad lib. vj.in col. extingue Calc. vivæ lib. ſs. poſt ſubſidentiam reſerv. in Lagenis vitreis.

In affectibus Catarrhoſis, Empyemate, Phthiſi, Strumis, Diabete, Vlceribus humidis. Dentur ℥ iij. tèr in die.

*Decoct. è Lignis* lib. vj.

℞ Guaiaci ℥ iv. Saſſaph. ℥ij. Sant. citr. & rub. ā ℥j. Ebor. CC. ā ℥ ſs. Infunde, & coque ſ.a. in Aq.font. lib. xij. ad lib. vj. col. edulc. Sacch. q.ſ.

Exſiccat, Attenuat, Sudorem movet. Accommodatum eſt Catarrhoſis, Arthriticis, Paralyticis, Hydropicis. Leuco phlegmaticis, Vlceratis & temperamento frigidiori præditis. Doſ. ℥ iv. bis quotidiè.

Verum in temperamento bilioſo, & Sanguine acriori, quantitas Guaiac, & Saſſaph. minuatur; & Sarſa & China ſubſtituantur oportet.

*Decoct. Luſitanici* lib. ij.

℞ Aq. font. ℥ xxvj Succi. Limon.Sacch. albi ā ℥ij. Coccinel ℈ j. coq. in ollâ vitreatâ ad deſpumationem, tandem adde Aq. Roſar. Dam. ℥ iv. & per ſubſidentiam depuretur.

Aliquando præſcripſi Succ. Limon. Sacc. alb. ā ℥ iv.

Potus eſt viſui elegantiſſimus guſtui gratiſſimus, febricitantibus deſideratiſſimus: calorem, & fervorem

Ventri-

Ventriculi, & ſanguinis cohibet: Sitim tollit; Vrinam movet. Propinetur ad libitum.

*Decoct. Malacenſe.*

℞ Paſſul. Malacen. conciſ. ℥ij. Rad. Alth. ℥j. Glycyrrh. ℥ſs. Herb. Malvæ. Mij ſem. Lini ʒij. coq. ex Aq. Hord. depur. lib. iij. ad ij. in col. diſſolve Gum. Arab. ℥j. m.

Obtundit, Lævigat, Incraſſat.

*Decoct. Malvæ Magiſtralis* lib. ij.

℞ Herb. Malvæ integræ Mviij. coq. in Aq. lib. viij. ad lib. vj. liquori colato (ſed non expreſſo) inde de novo Malv. integr. Miv. coq. iterum ad lib. iv. col. per ſubſidentiam depuratæ adde Rad. Alth. ℥ij. Glycyrrh. Paſſul. ſol. á ℥j. Lap. Prunel. ʒij. coq. ad ℥xxx. & col. diſſolv. Gum. Arab. ℥ſs. Syr. Alth. ℥ij. m.

Conſtat, ex lenibus, mollibus, mucoſis partibus; ideoque humorum acredinem obtundit: Serum nimis tenue incraſſat. Sanguinis fervorem refrigerat. Habitum corporis juſtò aridiorem humectat; Alvum lenit; Vrinæ ardorem obtundit; Diureſin movet; & Calculoſis egregiè prodeſt.

*Decoct. Maſtichinum.*

℞ Maſtic. ℥j. Cruſtam inferiorem panis albi, Macis ʒj. f. Decoct. in Decocti Cornu Cervi calcin. (præcipitando clarefacti) lib. iij. ad ij. col. adde Conſerv. Roſar. rub. ℥iv. f. Infuſ. calida iv. hor. col. adde Aq. Cinnam. ℥ij. m.

Ad Nauſeam, Vomitionem, Diarrheam Doſ. ℥iv.

*Decoct. Millefolii.* lib. ij.

℞ Herb. Millefol. Mij. Lamii flore albo, Cynogl. a

ā Mj. Raſ. Sant. rub. ℥ſs. coq. in Aq. lib. iiſs. ad lib. ij. ſub finem addendo Terræ Iapon. ʒ ij. Mac. contuſ. ʒ j. Sacch. alb. ℥ iij. m.

Propin. ℥ iii. unà cum Alb. Ovi j. conquaſſato veſp. & manè ad Fluorem album.

*Decoct. ad Morſum Canis rabidi* lib. iv.

℞ Lig. Buxi, Sem. Pœon. mar. à ℥ j. Herb. Salv. Scordon. Beton. Sanic. Angel. Morſ. Diab. Solani ling. ā Mj. coq. in Aq. lib. v. ad iiij.

Propin. ℥ iv. cum. Ther. Ven. ʒſs. ter in die.

Ad hunc uſum, & morſus quoſcunque venenatos expertum eſt Decoct. ad Morſ. Pharm. Batean.

*Decoct. Nephritici* lib. ij.

℞ Rad. Alth. ℥iſs. Glycyrrh. ℥ ſs. Herb. Virgæ aur. Mij. Alth. Parietar. ā Mj. Fic. N. iv. Bac. Iunip. Sem. Petroſel. Macedon. Bardanæ, Milii Sol. (ſub. med. conctionis addit) ā ʒ j. coq. in Liqu. Poſſet. (Vino. albo alterati) lib. iij. ad ℥ xxviij. col. edulc. Syr. Alth. ℥ iv. m.

*Decoct. Neuroticum.*

℞ Raſ. Lig. Guaiaci ℥ j. Rad. Peon. mar. ℥ſs. Rad. Calami arom. Angel. Hiſp. ā ʒ ij. f. Decoct. in Aq. font. lib. iij. ad ℥ xxviij. col. adde Ol. Roriſmar. gut. xxxij. Balſ. Peruv. gut. xvj. Vitel Ov. N. j. Sacch. alb. Aq. Pæon. comp. ā ℥ ij. Spir. Lavend. comp. Spir. Sal. Armon. ā gut. octoginta m.

Ad Caput & Nervos roborandos.

*Decoct. Pacifici* lib. ij.

℞ Capit. Papav. albi (ſine ſemine) ℥j. conciſ. coq. in Aq. font. lib. iij. ad ℥xxviij. ſub finem addendo Flor.

Paralyſ.

Paralyſ. ſicc. ℥ij. col. diſſol. Diaſcord. ℥ij. Syr. de Mecon. ℥ iij. Syr. Limon. ℥ j. m.

Temperatum eſt; & ſomnum accerſit. Doſ. ℥ iij. vel ℥ iv.

*Decoct. Pacificum Hyſtericum.*

℞ Capit. Papav. alb. ſiccat. conciſ. & cum Seminib. contuſ. ℥ j. Aq. font. lib. iſs. coq. ad lib. ſs. in col. diſſol. Aſæ fæt. ʒ ij Sacch. alb. ℥ j.

Aliquando ordinavi Aſæ ſæt. ℈ iv. & Gum. Ammon. ℈ ij.

Doſ. cochl. ij. vel iij.

*Decoct. Paſſulati* lib. ij.

℞ Paſſul. ſol. enucleat. & minutim conciſ. ℥ iv. coq. in Aq. font. lib. iij. ad lib. ij. & col.

Pro Medici intentione, addi poteſt Tart. alb. ā ʒ ij. ad ℥ſs.

Potus eſt ſat gratus. Morbis Pectoris, & Lienis benè inſervit. Sitim ſedat. Si commiſceatur anaticá quantitate cum Aquâ Calcis, remedium erit inſigniter efficax contra affectus Catarrhales.

Si in hac col. infund Sennæ ℥ ij. remedium erit familiare Nephriticorum. Nephritici enim debent habere (inquit Saxonia) aliquod medicamentum familiare, quo Excrementa per Inteſtina ducantur (nam qui alvum habent lubricam, Arenulis, & calculo non laborant) dummodò tamen medicamenta non componantur cum Diureticis, & propterea illi malè agunt, qui præſervationis tempore, & ad Revulſionis ſcopum, utuntur Caſſiâ; illa enim dejectoria eſt, & diuretica; & propterea in hunc finem divertendi, non eſt accipienda.

Decoct.

*Decoct. Pectoralis* lib. ij.

℞ Hord. perl. Paſſul. ſol. ā ℥ j. Fic. Dactyl. ā N. viij. Glycyrrh. ℥ſs. Sem. Aniſi (ſub finem additi) ʒ ij. fiat Decoct. in Aq. font. lib. iij. ad lib. ij. col.

Lentâ, molli, blandâque dulcedine dotatur; exindè partim ſanguinem (in fluorem diſpoſitum) incraſſando, acremque corrigendo: partim phlegma Pulmonibus impactum maturando; partimque ramulos Bronchiales, Tracheæque latera demulcendo, humectando, & lubricando, egregiè Tuſſi opitulatur. Porro in Pleuritide, Rheumatiſmo, Variolis & Nephritide, cum fructu laudabili uſurpatur. Doſ. ab ℥ iij. ad ℥ vj. bis tèrve in die.

Si vim purgantem adjicere velles, ℞ Hujus Decocti lib. iſs. Sennæ ℥ j. Agar. Crem. Tart. ā ʒ ij coq. ad ℥ xiv. col. diſſolve Mannæ ℥ ij. pro iv. doſibus.

*Decoct Pectorale Balſamicum.*

℞ Rad. Sarſap. Chinæ ā ℥ ſs. Capit. Papav. alb. ſiccat. (ſine ſeminib.) conciſ. Paſſul. Malacenſ. ā ℥ j Glycyrrh. ℥ ſs. Ter. Iapon. ʒ ij. f. Decoctio in Cereviſ. fortis novellæ (non fermentatæ) lib. iv. ad ℥ xxx. paulo ante finem addendo Balſ. Tolut. ʒ iij. & in fine Sem. Carui & Fenic. dulc. ā ʒii. Liquori frigefacto, & per telam cannabinam ſine expreſſione trajecto admiſce Ol. Aniſi gut. ij. Balſ. Peruv. ℈ ij. Troch. Bech. nig. ℥j. Tinc. Croci. (Aq. Theriacal. paratæ) ℥j. Tinct. Benzo. ʒ ij. m.

*Decoct. Phthiſici* lib. j.

℞ Flor. Bellidis maj. Mj. Limac. mundat. N. iij. Rad. Eryngii cond. ℥ ſs. Hord. perl. ʒ iij. coq. in Aq. font. lib. iſs. ad lib. j. col.

Particulas

Particulas ſanguinis ſalinas, efferaſque compeſcit, & demulcet, ne per corporis canales impetuoſiùs delatæ, Pulmonum, partiumque ſolidarum ſubſtantiam prædentur, & abripiant. inſuper Nutrimentum præbet molle, & innocuum, quale ſanguini (jam quoad craſin fracto) nullas faceſſit moleſtias. Locum habet in Phthiſi, Febre Hecticâ, & Sudoribus nocturnis. Sumat æger ab ℥ iv. ad ℥ viij. calidè, addendo Lactis tantundem, manè, & veſperi, loco Ientaculi, & Cœnæ.

*Decoct. Pleuriticum.*

℞ Decoc. Pect. lib. ij. Succi Fimi Equ. ℥ ij. ol. Aniſi gut. viij. Sacch. albi ℥ j. m.

Doſ. ℥ iv. quartis horis, cum Spir. Sal. Armon. gut. xv.

*Decoct. Pèoniæ comp.*

℞ Lig. Saſſaph. Sant. citr. ā ʒ ij. Rad. Pœon. mar. ℥ij. Rub. Tinctor. Cort. Tamariſ. Cappar. ā℥ſs. Herb. Ceterach, Ling Cerv. Cuſcut. Hepat. ā Mſs. præp. decoq. in Aq. font. lib. iv. col. ferventis lib. ij. affundantur ſuper Bac. Iunip. ℥ j. Bac. Lauri ℥ſs. Sem. Fœnic. dulc. Carui, Coriandi, Dauci ſylv. ā ʒ j. obturato vaſe, reponantur dum refrixerint, deinde col. ſine expreſſione adde Aq. Lumbr. Magiſtr. Gent. comp. ā ℥ij. Sacch. ℥ iij. m.

Doſ. ℥ iv. ad affectiones Hypochondriacas & Spleneticas.

*Decoct. Pſorici* lib. ij.

℞ Herb. Fumar. Iacobææ ā Mj Glycyrrh. ℥ j. Argenti vivi ℥iv. coq. in Aq. Font. lib. ijſs ad lib. ij. coletur & (ſepoſito Argento vivo) edulcoretur Sacch. ad libitum.

Ad

Ad omnes affectus Cutaneos, dentur ℥ iv. mane, & ſerò.

*Decoct. Purgans commune.*

℞ Sennæ ʒ iij. Crem. Tart. ʒj. coq. in Aq. ℥viij. ad ℥iij. col. diſſol. Mannæ ℥ſs. Syr è Cich. cum Rhab. ʒvj. Ol. Aniſi gut. j. m. pro potione matutina. Addi Poſſint, pro re natâ, Scammonii. p. gr. ij. vel iv.

*Decoct. Quercinum.*

℞ Cort. recent. è ramis junioribus Quercûs ℥iv. coq. in Decoct. corn. Cerv. Calcin. (per præcipitationem depurati) lib. iv. ad lib. ij. col. fervens affundatur ſuper pul. Cinnam. ʒij. Nuc. Moſc. ʒj. Mac. Goryph. ã ʒ ſs. liquor cum refrixerit coletur, & cum Syr. Cydon. ℥iv. edulcoretur.

Ventris profluvia ſiſtit.

*Decoct. Raparum* lib. ij.

℞ Rad. Rap. in taleolas inciſ. lib. ſs. Herb. Cynogl. Tuſſilag á Mj. Paſſul. ſol. ℥ j. Glycyrrh. ℥ſs. coq. in Aq. Hord. lib. iv. ad medias, ſub finem addendo Sem. Coriand. contuſs. ℥ ſs. col. diſſol. Sacch. candi alb. ℥ ij. m.

Pectorale eſt: temperat; maturat; incraſſat.

*Decoct. Roſarum* lib. ij.

℞ Conſerv. Roſ. rub. ℥ij. Paſſular. de Malacâ conſ. ℥ j. Glycyrrh. Sem. Melon. á ℥ ſs. Aq. Hord. lib. iij. coq. ad lib. ij. & col.

Rectè præſcribitur quando tenue ſalſum & acre Serum è glandulis exudans, Aſperam arteriam, & Pulmones irritans, Tuſſim quidem vehementem excitat; ſed tamen omnem excreandi expuendique conatum

natum eludens, facilè Pulmones exulceret, & Phthiſin inducat.

*Decoct. Sacri* lib.j.

℞ Rad. Serpent. Virgin. contuſ. ℥ vj. coq. in Aq. font. lib.j. ad lib. ſs. col. & magmati reſiduo affunde de novo Aquæ lib. j. rursùm coque (ſub medium coctionis addendo Coccinellæ ℈ſs.) ad lib. ſs. col. iterùm; utraſque colaturas miſce; iiſque diſſolve calidè & clausè Theriacæ Ven. ℥ ſs. Mellis ℥ j. col.

Exoptatiſſimum hic ſiſto Alexipharmacum, nullique ſecundum. Cruorem enim, & ſuccos in vaſis, & viſceribus fluentes, velut novo fermento inſpirat; eoſdem leniter movendo, & in æquabili mixtione ſervando, à coagulatione, & putredine vindicat; Veneni particulas agglomerari cœptas, blandâ agitatione, ab invicem diſſipat, & à maturatione impedit: deindeque ſanguinem, & ſpiritus occupando, eos adeò erigit, & firmat, ut vel à characteris venenoſi impreſſionibus omninò tueatur; vel ſi Miaſma actu jam Cruorem affecerit, ab amplexibus illud potenter abripiat, & per Diaphoreſin foras amandet.

In Febribus ergo continuis mali moris, & Peſtilentialibus, ubi *tò Theon* datur Hippocratis, hoc Sacrum audire debet Decoctum, & divinum planè Auxilium. Atque (inter alia hujuſmodi Febrium) præcipuè Diarrheam ſymptomaticam (Aſtringentibus ni hilum proficientibus) miro modo ſiſtere aliquoties animadverti; quamvis (ut verum fatear) unum ſubinde aut alterum obſervavi cui (ut Cortex Peruvianus non nunquam ſolet) ventum ſolverit.

Nobiliſſimum inſuper eſt Stomachicum, Hyſtericum, & Anthelminthicum. In Febribus continuis, & mali moris exhibeo ad cochl. ij. vel iij. tertiis horis.

*Decoct. Sacrum Sedativum.*

℞ Rad. Serpent. Virgin. contuſ. ʒ ij. Capit. Papav. alb. ſiccat. conciſ. & cum ſeminib. contuſ. ℥ ſs. coq. in Aq. font. ℥ xxiv. ad ℥ xij. ſub finem addendo Theriac. Venet. ʒ ij. col. pro iv. doſibus.

Contra Agrippinam in Febribus mali moris, ſed cautè, cum Spiritus oppreſſi Papaverinis ferendis ſæpe ſunt impares.

*Decoct. Sancti* lib. ij.

℞ Ligni Sancti ℥j. coq. in Aq. font. lib. iv. ad lib. ij. ſub medium coctionis addendo Paſſul. ſol ℥ j. Succi Glycyrrh. Hiſp. ʒ ij. col. aliquando addo Terræ Iapon. ʒ ij.

Vel omiſſis Paſſulis, & Glycyrrhizâ ſub finem coctionis adde Conſerv. Roſ. rub. ℥ ij. & in col. diſſolve Syr. è ſucco Cynogloſſi ℥ ij. m.

Simplex eſt; facile, & vili paratur: æquè verò (ſi non magis) efficax exiſtit, ac illa quæ pompoſo quidem apparatu, numeroſâque rerum farragine cumulari (quid ni & impediri) paſſim aſſolent. Iiſdem pollet viribus ac Decoct. Lign. quod vide.

*Decoct. Sanct. Purgans.*

℞ Raſ. Lig. Guaiaci ℥ j. Paſſul. Sol. ℥ iv. coq. in Aq. font. lib. iv. ad lib. ij. col. calida ſuperaffundatur Sennæ ℥ij. Rhab. Agar. (nodulo ligati) Sem. Carui ā ℥ ſs. Sem. Fænic. dulc. Aniſi ā ʒ ij. f. infuſ. clauſa in Hypocauſto vj. horas col. ℥ xxvj. diſſolve Mannæ Syr. Roſ. ſol. ā ℥ ij. col. iterum & adde Aq. Mirab. Cinnam. ā ʒ j. m.

Doſ. ℥ iv.

*Decoct. Sarſæ* lib. ij.

℞ Sarſæ præp. ℥ iij. Paſſul. ſol. ℥ iſs. Infunde ſ. a. & coq. in Aq. font. lib. iv. ad lib. ij. col. diſſol. Succi Glyc. Hiſp. ʒ ij. m.

Ideò hoc dedi, quià totus Medicorum grex uno ore prædicit, quin & quotidiè præſcribit, ad acres humores edulcorandos; doloreſque vagos profligandos. Temperatum quidem eſt (ſi omninò dicendum) remedium.

Quoad me verò (ſi liberè liceat eloqui) ſæpiùs notavi Sarſam & Chinam Stomachi vigorem obtudiſſe; nunquàm autem in Praxi meâ, obſervare adhùc potui multum emolumenti cuipiam ex earum uſu acceſſiſſe. Forſan ipſe infidelis & impatiens non ſat perſeverantèr uſurpavi. Præſcribi ſolet ad lib. ſs. bis vel tèr in die.

*Decoct. Scelotyrbici* lib ij.

℞ Summit. Pini (vel Abiet.) conciſ. Miv. Cort. VVinter. contuſ. ℥ ſs. coq. in Aq. font lib. ij. ad ℥ xx. affundendo (ſub finem coctionis) Succi Tarax. ℥ iv, col. frigidæ adde Spir. Cochl. ℥ ſs. Aq. Raph. Comp. Syr. Bac. Samb. ā ℥ iv. m.

Hyemali tempore, quando Herbæ ſunt plerumque exſuccæ, & effætæ; hoc poteſt concinnari remedium, iiſque opportunè ſubſtitui.

Sanguinem, & ſuccos attenuat, depurat, vegetiùs actuat; Salis & Sulphuris concretiones diſſolvit; obſtructiones reſerat; & fæculentias foràs per Diaphoreſin, aut Diureſin amandat. Appropriatur Scorbuticis. Doſ. ℥ iv. bis quotidiè.

*Decoct. Scorzoneræ* lib. ij.

℞ Hord. perl. ℥ ſs. Rad. Scorzon. ℥ij. Acetoſæ ℥j. Herb. Lujulæ Mj. Cort. ℥j. Pomor. coq. in Aq. font. lib. iij. ad ℥ xxviij. col. edulcoretur Syr. Limon. & è Rubo Idæo ã ℥ ij. m.

Iucundus eſt potus, ſitim explens; incendium febrirle reprimens; Malignitatem compeſcens; & per Vrinam expellens. Vſurpatur commodè in Febribus continuis pro potu ordinario.

*Decoct. ad Scrophulas* lib. ij.

℞ Herb. Marrub. albi, Geran Rob. Apii, Agrimon. ã Mj. Sem. Anethi ℥ſs. coq. in Aq. font. lib. iiſs. ad lib. ij. ab igne auferantur, & cum refrixerint, col.

Interiores corporis receſſus ingreditur; Glandulas peculiariter luſtrat; craſi, & fermento depravatas emendat: ſuccos, & fæces inibi ſtabulantes attenuat; tandèmque exterminat. Sumantur ℥ iv. bis in die per menſem; ſinguliſque doſibus exprimantur Millepedes N. 40.

*Decoct. Siſtenſis* lib. ij.

℞ Pul. Boli Armen. ℥ j. Cretæ albæ ℥ iij. coq. in Aq. font. lib. iij. ad ℥ xxvj. col. per ſubſid. depur. adde Diaſcord. ℥ ſs. Aq. Cinam. Syr. Cydon. & è Roſ. ſicc. ã℥ ij. ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m. col.

Ad Diarrhæam reprimendam dentur ℥ iv. quotiès Indicatio requiſiverit.

*Decoct. Splanchnici* lib. ij.

℞ Rad. Curcumæ contuſ. ℥ j. Rhab. Spicæ Nardi ã ℥ j. Sem. Fraxini ℥ ſs. Herb. Agrimon. Ceterach ã Mj. Summit. Tamariſci Mij. coq. in Aq. lib. iij. ad ℥ xxiv.

℥ xxiv. col. adde Aq. Lumbric. Magiſt. Syr.de 5 Rad ã ℥ iv. Sp. Cochlear. ʒ ij. Elix. Prop. Tartariſ. ʒ j. m.

Sanguinem, ejuſque partes conſtitutivas in Effervescentiam quandam incitat, adeoque comminuit, dividit, & huc illuc rapidiùs adigit, ut coagulationibus, & concretionibus quibuſque inhibitis, fæculentiæ, & impuritates omnes facilè abſcedant, inque propriis Emunctoris depoſitæ, foràs convehantur. Ita Effluvia vaporoſa in Habitum Corporis: Recrementa Seroſa in Renes: Bilioſa in Hepar; aliaque in alia Emiſſaria quibuſque adaptata, ſine impedimento, aut adhæſione, ſecludantur. Doſ. ℥ iv. bis in die.

*Decoct. Splenetici* lib. ij.

℞ Cort. Cappar. Fraxini ã ℥ ij. Summit Tamariſci, Herb. Agrim. ã Mij. Sal. Tart. ʒ ij. coq. in Aq. font. lib. iiſs. ſub finem addendo Vini albi lib. ſs. Spicæ Nardi ʒ ij. col. ℥ xxvj. adde Aq. Lumbric. Magiſt. ℥iv Aq. Raph. comp. ℥ij. Spir. Cochl. ʒ ij. Elix. Propr. Tartariſ. ℈iv. m.

*Decoct. Styptici* lib. ij.

℞ Rad. Vrticæ, Conſolidæ maj. ã ℥ iſs. Herb. Millefol. Plantag. ã Mj. Cort. Granat. Gum. Arab. ã ʒ ij. Sem. Papav. albi, Hyoſcyami ã ʒ iij. coq. in Aq. fon. lib. iij. ad ℥xxviij. col. adde Syr. è Roſis ſic. ℥iv. Sacch. Saturni ℈ j. Croci Martis aſtring. ℈ iv. m.

Sanguinem acrem contemperat; tenuem incraſſat; bullientem refrigerat: Vaſorum tonum roborat; Fibras corrugat; & oſcula obſignat. Locum habet in quibuſcunque Hæmorrhagiis. Exhibeantur ℥ iv. bis in die.

Decoct.

*Decoct. Tamarindorum* lib. ij.

℞ Tamarind. ℥ij. Paſſul. ſol. ℥iv. coq. in Aq. puræ lib. iij. ad lib. ij. col.

Incendium ſanguinis refrænat. Sitim inexplebilem relevat. Humectat; Laxat. ritè ſumitur in Febribus obſtinatâ alvo, ſiti & Habitûs ariditate moleſtantibus, pro potu ordinario.

*Decoct. Tartariſati* lib. ij.

℞ Raſ. Ebor. ℥ſs. Rad. & Fol. Fragar. Miv. Tartari albi ℥ſs. Sal. Tart. ʒ ij. coq. in Aq. font. lib. ij. col. lib. iſs. adde Aq. Ment. Lumbric. Mag. ā ℥ij. Aq. Mirab. ℥ iv. Sacch. albi ℥ ij. m.

Sumantur ℥ vj. tèr in die ad Icterum.

*Decoct. Tartariſ. purgans.*

℞ Paſſul. ſol & Corinth. conciſ. ā ℥ij. Tart. alb. pulv. ℥ j. coq. in vaſe fictili vitreato ex Aq. font. lib. iij. ad ij. col. adde Sennæ ℥ ij. f. infuſ. calida vj. horas in col. expreſsâ ſubſidendo clarâ factâ diſſolve Mannæ Syr. Roſ. ſol. ā ℥ iij. col. iterum.

Doſ. ℥ iv. Vide *Decoct. Paſſulat.*

*Decoct. Tolutani* lib. ij.

℞ Raſ. Guaiaci ℥ j. Tacamah. Balſ. Tolut. ā ℥ ſs. coq. in Aq. Hord. lib. iij. ad lib. ij. quando friget coletur, & adde Sacch. albi ℥ ij. Balſ. Peruv. gut. xvj. ol. Cinam. Nuc. Moſch. ā gut. ij. m.

Quoad vires, incidit cum Decocto Balſamico, ſed aliquantò calidius eſt.

*Decoct. Traumatici* lib. ij.

℞ Rad. Bardanæ ℥ iij. Rub. Tinct. ʒvj. Rhab ʒij. Herb. Dictam. Cret. Hyper. Sanic. Bugu læ ā Mj. coq. in Aq. lib. ij. & Vini albi (ſub. finem. additi) lib. j. ad ℥xxviij. col. diſſol. Theriacæ Ven. ʒij. Mellis ℥iij. Oxym. ſimpl ℥ j. m.

Concretiones cruoris ubi ubi extravaſatas diſſolvit, & circulationi denuo reddit; Rrecrementa per Vrinam & Sudorem educit; nec tamen interim fervorem accendit. Partes læſas roborat, conglutinat, ſanat. Doſ. lib. ſs. bis in die.

*Decoct. Trifolii* lib. ij.

℞ Herb. ſicc. Trifol. fibrini, Chamæpit. ā ℥ ſs. Solani lignoſi Mj. Bac. Lauri, Flor. Stæchad. Arab. ā ʒ ij. coq. in Aq. font. lib. iij. ad lib. ij. ſub finem addendo Succi Rutæ ℥ j. col.

Trifolium fibrinum herba eſt Amara, utilis quidem, & minimè contemnenda; ſed verò à Simone Paulli (in Quadr. Botan.) me judice, ſupra meritum & modum prædicatur.

Hujus decocti eſt, ut Scorbuticis, Arthriticis & (propter genus nervoſum labefactatum) dolentibus, opem promittat.

*Decoct. Varioloſi* lib. ij.

℞ Rad. Scorzon. ℥ iſs. Glycyrrh. ℥ ſs. Fic. N. viij. Paſſul. ſol. exacinat. ℥ j. Raſ. CC. ʒ ij. Coccinel. (integ. ſub finem add.) ℈ iv. Coq. in Aq. Hord. lib. iij. ad ℥ xxx. col. adde Syr. Garyoph. Limon. ā ℥ j. m.

Scorzoneram quidem præſcribimus, quià irreſiſtibilis Medicorum Mos ita vult. Cùm verò nec Odore, nec Sapore ſe nobis commendat; & vires valdè ob-

ſcuras

ſcuras, ſi omninò ullas, edit: Reſpublica Medica (ut opinor) non grave damnum ſuſtineret, ſi ab Officinis in poſterum penitùs ablegaretur.

*Decoct. Vrticæ Acidum,*

℞ R. Vrticæ recent ℥ iv. Sem. Vrticæ Tart. alb. pulv. ā ℥ ſs. coq. in Aq. font. lib. iij. ad lib. iſs. col. adde Vini Rhen. ℥ iv. Syr. Viol. Limon. ā. ℥ij. m.
Ad Vrinam cicudam dentur ℥ iv. pro doſi.

*Decoct. Vrticæ Alcaliſatum.*

℞ Rad. Vrticæ recent. ℥ iv ſem. Vrticæ ℥ ſs. Herb. Vrticæ Mij. coq. in Aq. font. lib. iiiſs ad ℥ xxvj. in col. diſſolve Sal. Prunel. Sal. Tart. á ℈v. adde Aq. Raph. comp. Syr. è 5 Rad. Syr. Alth. ā ℥ij. ſpir. Sal. Armon. gut. octoginta m.

*Elæoſaccharum Cardiacum.*

℞ Ol. Cinnam. gut. vj. Moſc. Ambr. griſ. Croci á gr. iij. ſacch. alb. ʒj. & gr. xv. m. f. pulv. in. vj doſes divid. in vehiculo idoneo ſumendas.

Ad Oleorum deſtillatorum probationem; gutta una vel altera indatur aquæ calidæ in cochleari ſuper ignem poſito; ſi enim oleum promptè avolet, & nihil pinguedinis poſt ſe in aquæ ſuperficie relinquat; bonum eſt ſignum illud non eſſe pinguedine, aut oleo aliquo expreſſo adulteratum.

*Electuarii contra Abortum* ℥ iv.

℞ Conſer. Roſ. rub. Cydon. Nuc. Moſc. cond. Succi Chermes. Syr. Cydon. Syr è Corall. ā ℥ſs. Spec. de Hyacint. ʒiij. Aromat. Roſ. Croci. Mart. aſtring. ā ʒ ij. Sacc. Saturni ʒ j. ol. Nuc. Moſc. gut. iv. m.

Stoma-

Stomachum roborat; Flatus diſcutit; Spiritus reficit; Vteri Ligamenta & tonum firmat; Fœtum egregiè conſolatur. Danda erit ℨ ſs. bis in die.

*Electuarii Acidi* ℥ iv.

℞ Conſ. Lujulæ ℥ iſs. Roſ. rub. Fruc. Cynosb. ã ℥ j. Syr. Viol. ℥ ſs. Ol. Vitrioli q. ſ. ad gratam acitatem m.

Vide Iulapium Refrigerans, cujus vires æmulatur.

1. *Elect. Analeptici* ℥ vj.

℞ Pul. Confect. Chocolatæ, Amygd. dulc. excort. Sacch. alb. Butyri dulc. inſulſi ã ℥ ſs. Pulp. Conſer. Roſ. rub. ℥ iſs. Succi Chermes ℨ ſs. Opobalſami ℈ ij. Syr. Balſam. ℥ ij. vel q. ſ. m.

2. *Elect Analeptici.* ℥ iv.

℞ Pul. Confect. Chocolatæ ℨ ij. Succi Cherm. ℥ ſs, Ambr. griſ. (Sacchari tantillo tritæ) gr. viij. Ol. Cinnam. gut. j. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Syr. Balſam. ℨ ij. vel. q. ſ. m.

Sumatur ℥ ſs. manè, & quartâ pomerid. ſuperbibaturque Lac Aſininum.

Nutrit, & roborat; corpus extenuatum reſarcit; vires exolutas inſtaurat: Tabidis, & Conſumptis ſuccurrit

*Elect. ad Aphthas.*

℞ Boli Arm. Sacc. penid. ã ℨ j. Butyri inſulſi ℨ ij. m.

Capiatur hujus ſubinde fruſtulum nucis Avellanæ magnitudine, liquatumque ſenſim deglutiatur.

*Elect.*

*Elect. Apophlegmatici* ℥ iſs.

℞ Pul. Herb. Beton. ʒvj. Rad. Pyreth. ʒij. Ol. Caryoph. gut. iv. Mellis q. ſ. m.

Partes oris irritando, & vellicando, humores aquoſos, pituitoſoſque elicit. Locum habet in Columellæ, & Amygdalarum tumore & inflammatione; Anginâ; Dentalgiâ; Capitis gravedine; Cephalgiâ inveteratâ; affectibus Soporoſis; Epilepſiâ; Paralyſi (præſertim Linguæ) & quibuſcunque Capitis, & Nervorum morbis frigidis, viſcidiſque. Ad hos uſus maſticetur, & volutetur in ore, manè jejuno ſtomacho, idque per ſemihoram, capite prono, expuendo ſæpiùs; os deinde Aquâ tepidâ abluendo: Poterit etiam repeti duabus horis ante cœnam.

*Electuar. Aſtringentis* ℥ iv.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ij. Diaſcord. ℥ſs. Pul. Boli ʒij. Sang. Drac. ʒ iſs. Fl. Balauſt. ʒ ſs. Ol. Nuc. Moſc. & Cinnam. ā gut. ij. Syr. è Roſis ſicc. ℥ j. m.

Ventriculum & Inteſtina confortat; Viſcerum tonum reſtituit; inſanum motum Periſtalticum cohibet; Acorem concentrat; Tormina conſopit. Omnibus numeris abſolutum eſt remedium (ubi Aſtrictio indicatur) ad Diarrhœam reprimendam. Obſervandum verò, Apetitu, & Concoctione ſalvis, vix unquàm nocere Diarrhœam. Doſ. ℥ ſs.

*Elect. Balſamici* ℥ iv.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ ij. Butyri recentis inſulſi ℥ j. Vitel. Ovi ℥ ſs. Balſ. Tolut. ℈ iv. Opobalſ. ℈ ij. m.

Phlegma viſcidum, & craſſum Bronchia obſidens diſſolvit; meatuſque omnes glabros, & facilè meabiles reddit: Pulmonum veſiculas ultra tonum tumidas

&

& tenſas ( atque exindè læſas ) litu Balſamico reſtituit, & ſanat; Ideoque Tuſſi ſiccâ, & Phthiſi laborantes, ſummá cum utilitate eo utuntur. Doſ. ʒ ij. ſæpiùs in die, præſertim urgente Tuſſi.

*Elect. Boyleani* ℥ iv.

℞ Sem. Papav. albi, Hyoſcyami albi pul. ã ℥ ſs. Syr. Papav. errat. Conſ. roſ. rub. ã ℥ iſs m.

Sanguinem refrigerat; Serum tenue incraſſat, acre contemperat, Vaſculorum ora occludit; Fibrillarum irritationes, & ſpaſmos conſopit. Nob. Boyle mitè laudat ad Hæmoptoen. Doſ. qu. Iugland. bis in die, poſt Phlebotomiam, & lenem Catharſin ritè celebratas.

*Elect. Camphorati* ℥ iv.

℞ Conſ. Rutæ ℥ iij. Ther. Ven. ℥ j. Camph. gr. viij. Ol. Succini gut. xvj. m.

Spiritus animales nimis efferos, & exilire paratos reprimit, ac in ordinem cogit, quin & copulam heterogeneam iis excutit, & non rarò profligit; ideoque Hyſtericis apprimè opitulatur. Doſ. qu. Caſtaneæ tèr in die, cum Iulapio Hyſterico.

*Elect. Cardiaci calidi* ℥ iv.

℞ Conſ. Flor. Tunicæ, Conſ. flaved. Limon. ã ℥ j. Cort. Citri cond. Zinzib. cond Elect. è Saſſaph. Succi Chermes ã ℥ ſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Ol. Cinnam. Garyoph. ã gut. j m.

In Ventriculum primariò & propriè operatur; illum enim ( vi Aromaticâ, calidâque ) confortat, atque exindè Spiritibus ovationem quandam inducens, Cor languidum reficit, vireſque exſolutas reſarcit. Ideoque ( quod obiter notem ) omnia vera Stomachi-

ca in Cardiacorum familiam, non injuriâ, accenſeri merentur. Sumatur ℥ ſs. tèr in die.

*Elect. Card. temperati* ℥ iv.

℞ Conſ. flor. Tunicæ ℥iij. Conſ. Berber. Succi Chermes ā ℥ ſs. Margarit. præp. ℈ iv. m.

Aptè præſcribitur Febricitantibus de Languore & Ægritudine querentibus; dum enim Fermentationem (tùm in Sanguine, tùm in Stomacho ex parte deficientem) blandiſſimè reſtaurat; Spiritus animales vividius commovet, nec tamen interim Calorem accendit. Dentur ʒ ij. ſextis horis cum Iulapio idoneo.

*Elect. Carminativi* ℥ iv.

℞ Pul. Virgæ aureæ Verbenæ, Satureiæ, Majoranæ, Thymi, Sem. Aniſi ā ʒ j. Colophon. ʒ vj. Mithrid. ℥ ſs. Mellis deſpum. ℥ ij. vel q. ſ. m.

Humores tùm crudos, tùm acres corrigit; Ventriculum calefacit; Diureſin promovet: contra Lateris & Stomachi dolorem flatuoſum egregium eſt experimentum. Doſ. à ʒ ij. ad ℥ ſs. bis in die.

*Elect. Cephalici* ℥ iv.

℞ Pul. Rad. Pæon. mar. ℥ ſs. Cran. hum. Cinnab. Antimon. ā ʒ ij. Nuc. Moſc. cond. ℥ j. Syr. Pæon. Comp. ℥ ij. vel q. ſ. Ol. Roriſmar. Salv. ā gut. iv m.

Cerebrum refocillat & firmat; Spiritus depurat, & figit: Convulſionibus, Epilepſiæ, Vertigini, & Cephalalgiæ idiopathicæ benè convenit. Doſ. à ʒ j. ad ℥ ſs. manè, & horâ ſomni, præſertim circa Lunationum tempora.

*Elect.*

*Elect. Cinnaberinum.*

℞ Cinnab. fact. optimè lævigat. ʒ ſs. Sacch. alb. creti ʒ iſs. Syr. è bac. Samb. q. ſ. m. f. Elect.

Fred. Hoffmannus dicit communi Cinnaberi factitiæ non ſemper fidendum eſſe, cum ſæpe, ut fiat rutilantior, adjecto Arſenico præparetur. Quibus ipſe addo eam quæ in officinis vulgo venalis proſtat admiſto Minio ſæpè eſſe adulteratam.

Aliqui Cinnaberim Medicamentum eſſe vanum, & inefficax opinantur, quoniam aſſumpta ventriculi digeſtioni minimè paret; & per anum unà cum excrementis integra & immutata ejicitur. Alii vero non pauci Practici è contra eam magnifaciunt: & quidèm cum Mercurialis ſit, in illâ non poteſt reſidere inertiæ ulla ſuſpicio: ſed quamdiu in Ventriculo, & Inteſtinis commoratur; & Digeſtionem, & chylum alterare; & Membranas (exindèque Cerebrum, Nervoſque) notabilitèr afficere probabile eſt.

Ideoque Sanguinem diſſolvere, & depurare; intima corporis penetrare; Glandulas & Nervos deoppilare, & à viſcoſitate liberare credunt. Vnde in Scabie, & ejuſmodi Cutis turpitudinibus, Doloribus Articulorum, Tuberculis Pulmonum crudis, Scrophulis, Vlceribus (licet Venereis) Morbiſque Convulſivis, &c. utile Medicamentum eſſe perhibent.

Cum verò Mercurius Nervis, & Cerebro, & inde compoſitis membranoſis partibus inimiciſſimus eſſe ſolet: Cauti ſint oportet in ejus uſu, quibuſcunque à Naturâ contigerunt Nervi infirmioris texturæ, & ſpiritus facilè diſſipabiles: item qui Tremoribus, aut Paralyſi obnoxii ſunt: ſicut & qui Evacuationes nimias, morboſque graves paſſi ſunt.

*Elect.*

*Elect. de Cinnamomo.*

℞ Pul. Cinnam. (non effæti) ʒ vj. Ol. Nuc. Moſc. expreſſ. ℈ ij. Croci ʒ ſs. Coccinel. ℔. Balauſt. ā ℈ j. Flor. Benzo. ℈ſs. Spir. Lavend. comp. ſucci Chermes col. ā ℥ ſs. Syr. è Rubo Idæo q. ſ. m. f. Elect. Ad Puerperas ſiquando Diarrhæa acciderit, & Lochia emanſerint.

*Elect. de Colophoniâ* ℥ iv.

℞ Conſ. flor. Lamii albi ℥ iſs. Diaſcord. Zinzib. cond. Pul. Colophon. an. ℥ ſs. Ol. Cinnam. gut. iv. Syr. è Roſ. ſicc. q. ſ. m.

Conſtringit; corroborat; edulcorat; mundificat; ſiccat; ſanat; præter alios ejus uſus, Fluori albo perquam ſpecificè dicatur: Si verò affectus fuerit jam inveteratus, vix curabilem illum eſſe autumo. Præmiſſis præmitendis, ʒ iij. aſſumantur bis quotidiè per longum tempus.

Fluorem album, ab Vlcere Vteri, & Gonorrhæâ ſcitè diſtinguere operæ pretium eſt. In Fluore albo dantur plerumque Laſſitudo ſpontanea, & Lumbago gravativa. Humor effluens ut plurimùm albidus, ſubinde flaveſcens, ſeroſus, plus minus pituitoſus, & mucoſus; in mali initio inodorus, & mitis; pedetentìm verò acreſcit, & excoriat.

In Vlcere, Dolor ſentitur, & Mordicatio in Vtero, vel ejus Cervice; idque à principio. Materia extillans eſt ſanioſa, cruenta, vel purulenta alba, levis, æquabilis, & ſæpè fætida.

In Gonorrhæâ accerrimus torquet Vrinæ ardor, & Stranguria, quæ inter miendum exacerbantur. Colluvies depluens eſt plerumque parcior, quàm in Fluore albo, craſſior tamen multò, alba primum poſtea, flava,

flava, vireſcens, acris, excedens, ſed rarò fætida. Pudendum mucosâ quâdam materiâ coſpurcatur; & interdum etiam exulceratum deprehenditur.

Gonorrhæa (quod habet Charleton de Catameniis p. 151.) certô poteſt ab Vterino fluore internoſci, quód prorumpentibus Catameniis, non deſinat, ſed cum his, & mox ab iis ſanatis, perſiſtat. Vterinus verò fluor ceſſet in Menſium eruptione, & aliquanto poſt tempore.

*Elect. Corinthiaci* ℥ iv.

℞ Rhab. (micatorio ſubtiliter comminuti) ℥ ſs. Vvar. Corinth. mundat. ℥ iij. Syr. è Chichor. cum Rhab. ℥ ſs. ol. Aniſi gut. ij. diligentèr contundendo exactè commiſceantur, & f. Elect. pro octo doſibus matutinis, quibus.

Superbibatur hauſtus Cereviſiæ Scorbuticæ, cum Elix. Propri gut. xx.

*Elect. Cretacei* ℥ iv.

℞ Cretæ albæ præp. Conſ. Abſint. Rom. an. ℥ j. Ol. Abſint. Chym. gut. j. Ol. Ment. gut. ij. Syr. Cydon. q. ſ. m.

Inter præſtantiſſima Stomachica locum tenere meretur. Calefacit; Confortat; Acidum corrigit. Valet contra Cardialgiam, Ventriculi dolorem, Rugitum, Nauſeam, Vomitum, Inappetentiam, Diarrhœam. Dentur ʒ iij. bis in die, vacuo Ventriculo.

*Elect. de Curcumâ* ℥ iv.

℞ Conſerv. Herb Chelidon. maj. ℥ j. Pul. Rad. Curcumæ ℥ ſs. Troch. Viper. ʒ iij. Rhab. Croci an. ℥ ſs. Syr. de Fumar. q. ſ. m.

*Zimeſin* ſanguinis vacillantem de novo inſtaurat;

Salis

Salis volatilis depreſſi reſtitutionem promovet; Bilis in Hepate aggeſtæ & ſtagnantis motum ſtimulat; Ictero feliciter medetur. Doſ. qu. Iuglandis bis in die.

*Elect. Diaſulphuris* ℥ ij.

℞ Conſ. Roſar. rub. ℥ ij. Balſ. Sulphuris Terebinthinati ʒ j. m.

Putredini reſiſtit; mundificat; conſolidat; exſiccat; roborat; acidum temperat: Vſurpatur ad Catarrhum pectoralem, Tuſſim, & Phthiſin incipientem. Doſ. ʒ ij. tèr in die.

*Elect. Expectorantis* ℥ iv.

℞ Conſ. Anthûs ℥ j. Zinzib. cond. Pul. Millep. ã ℥ ſs. Flor. Sulph. ʒ ij. Fl. Benzo. Pul. Croci, Nicotianæ ã ℈ j. Rad. Irid. Florent. ʒ j. Mellis ℥ iſs. vel q. ſ. m.

Pituitam frigidam Concoquit; Phlegma viſcoſum incidit; ductus bronchiales aperit; Pulmones irritat; Tuſſim provocat; & potentiſſimè expectorat. Doſ. ʒ ij. vel ʒ iij. tèr in die.

*Elect. ad Herniam.*

℞ Conſerv. flor. Hyper. ℥ j. Pulp. Rad. Symph. maj. (cum Saccharo in furno cocti) ℥ ſs. Lap. Hæmatit. ʒ ij. Sang. Drac. ʒ j. Sacch. Saturni, Balſ. Peruv. ã ʒ ſs. Ol. Aniſi, Fænic. dulc. ã gut. ij. Syr. è Coral. ℥ j. vel q. ſ. m. f. Elect. cujus doſis ſit ʒ iij.

*Elect. Hydropicum.*

℞ Conſerv. Abſint. Rom. ℥ ij. Guttæ Iemou. pulv. ʒ ij. Spec. Aromat. Roſ. Ol. Nuc. Moſch. expreſ. an. ʒ j. Syr. Roſ. ℥ ſs. m.

Drachmæ duæ continent Guttæ Iemou ℈ ſs. Caveat Pharmacopæus ne utatur Conſervâ Abſinth. vulgaris loco Romani, quia vulgare medicamentum reddet maximè ingratum.

*Elect. Hyſtericum.*

℞ Conſerv. Atripl. Olidæ ℥ iv. Ol. Succini gut. 48. m. Doſ. qu. Caſtan.

*Elect. Ictericum.*

℞ Zinzib. cond. (in pulpam redacti) ʒ vj. Theriacæ Ven. ʒ ij. Pul. Rad. Curcumæ ʒ vj. Croci ℈ ij. Caryoph. Sem. Aniſi, ã ℈ j. Sal. volat. Sal. Armon. ʒ ſs. Sal. Tart. ℈ ſs. Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. Ol. Ment. Abſint. ã gut. j. Syr. è 5 Rad. q. ſ. m. f. Elect.

*Elect. Laxantis ℥ iij.*

℞ Pul. Sennæ, Crem. Tart. ã ℈ iv. Pulp. Prunor. Damaſc. ℥ ij. Roſ. ſol. q. ſ. m.

Guſtui gratum hoc remedium leniter, ſine faſtidio aut torminibus, alvum lubricat, & ſubducit. Inſervire poteſt pro 4 doſibus veſpertinis, ſine regimine aſſumendis.

*Elect. Lucatelli ℥ iv.*

℞ Conſer. Roſ. rub. ℥ ij. Conſ. fruct. Cynosb. ℥ j. Balſ. Lucatel. ℥ ſs. Spec. Diatrag. frig. ʒ j. Syr. Balſam. ʒ iij. m.

Incraſſat, reſtringit, ſanat; Prodeſt contra Raucedinem; Tuſſim, Hæmoptöen; quaſcunque ſanguinis effuſiones internas; atque vel Phthiſin ipſam, ſi nondum fuerit confirmata. Exhibeatur qu. Fabæ minoris tèr in die.

Elect.

*Elect. Magnum.*

℞ Conſerv. flor. Tunicæ, Flaved. Aurant. & Limon. ã ℥j. Cort. Citri cond. Nuc Moſch cond. Zinzib cond. Elect. è Saſſafrâ Succi Chermes col. Spir. Lavend. comp. ã ℥ſs. Ol. Cinnam. Garyoph ã gut. iij. Ol. Aniſi Ment. Abſint. ã gut. j. Syr. è Rubo Idæo q. ſ. f. Elect. quid per Setaceum (inſtar pulpæ) trajiciatur

Inter ſumma Cardiaca ſedem jure poſtulat.

*Elect. de Malvâ* ℥iv.

℞ Conſer. flor. Malvæ (vel potiùs Alceæ) Butyri recentis inſulſi ã ℥ij. Nuc. Moſc. Pul. ℈iv. m.

Lentore gaudet & Oleoſitate; ideoque ad Tuſſim ſiccam; Tracheæ aſperitatem; omneſque Thoracis, & Spiritalium partium affectus à fluxionibus acribus ortum habentes commodum eſt remedium. Inſuper eo fine dari poteſt, ut Vrinæ acor demulceatur, & (Vreteribus quaſi inunctis) facilis fiat ſabuli, & lapillorum deſcenſus Doſ. ℥ſs. bis in die, longe à paſtu.

*Elect. de Mannâ.*

℞ Sperm. Ceti ʒij. Vitel. Ovi j. ductis in mortario, & æquabiliter commiſtis adde Mannæ electæ, Extrac. Caſſiæ, Sacch. Penid. ã ℥ſs. Ol. Amygd. dulc. q. ſ. m. f. Elect. Ad Aphthas, & Tuſſim ſiccam.

*Elect. Martis* ℥ix.

℞ Conſ. Abſint. Rom. Cochl. hort. ã ℥iij. Zinzib. cond. ℥iſs. Rubig. Chalyb. (in ſubtilem pollinem redactæ) ʒvj. Ol. Caryoph. Ol. Saſſaph. ã gut. vj. Syr. è 5 Rad. ℥j. m.

Sanguinem depauperatum exaltat; Habitumque obſtructum reſerat. Convenit in Chloroſi; Menſium ſupreſſione; Scorbuto; Ictero; Hydrope, & quacunque demùm Cachexiâ Doſ. ʒ iij. manè, & 4. pomerid. quotidiè per Menſem integrum, vel ſeſquimenſem.

De Chalybeatis mos obtinuit, ut dentur manè, & quartâ pomeridianâ; atque ad eorum operationem promovendam, injungatur Exercitium. Omnia verò non omnibus æque conveniunt. Aliquos enim obſervavi quibus hoc modo exhibita tumultus in Ventriculo, Ructus, & Ægritudines concitarent: Horumque remedium erat, ut Patiens veſperi ſumeret, ſtatimque lecto, & quieti ſe traderet; ita nil conturbationis, nil moleſtiæ exindè perciperet, ſed optimè ferret. Hoc ante me notavit etiam Claudinus (de Ingreſſ. 401.) dùm ſcribit quòd Multi decumbentes in Lecto uſu Chalybis ſanati fuerunt; ut propterea non ſit neceſſe ſemper aſſumptâ ſubſtantiâ Chalybis (quemadmodùm communis eſt ſententia) corpus exercere.

Si Chalybs magnas perturbationes inducat, Laudanum Aq. aliquâ Hyſtericâ miſtum, ſingulis noctibus, ad tempus aliquod, propinandum, inquit Sydenham.

*Elect. Maſtichin* ℥ iv.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ ij Pulp. Paſſul. ſol. ℥ j. Pulv. Maſtiches ʒ iſs. Nuc. Moſc. ʒ ſs. Syr. de Mecon. q. ſ. m.

Gulæ, & Laryngis partes ſuperiores lentore quodam Emplaſtico obducit; aque ita ſenſum earum (exquiſitè irritabilem) aliquomodò obtundit: Et ſeri (nimis tenuis acriſque) extillationem prohibet. Confert ad Tuſſim humidam, veſperi præſertim moleſtè importunam. Capiatur qu. Nuc. Moſch quotieſcunque

que Tuſſis redierit ; in ore diſſolvatur ; ſenſimque deglutiatur.

*Elect. de Menthâ.*

℞ Conſerv. Menthæ ℥ iv. Ol. Cinnam. gut. iv. Ol. Garryoph. gut. ij. Ol. Aniſi. & Abſinth. ã gut. j. m.

Vomitiones ſiſtit ; Cibi faſtidia diſcutit ; Appetentiam invitat. Concoctionem adjuvat. Ructus nidoroſos corrigit, diſſolutumque Ventriculum aſtringit, & corroborat. Sed Conceptioni reſiſtere creditur. De quo tamen ipſe dubito.

*Elect, Minerale.*

℞ Gum. Guaiaci pul. ℥ ſs. ſubigatur cum vitello Ovi & adde Pul. Sulph. vivi ℥ j. Syr. è 5. Radic. q. ſ. m.

Cum ſucceſſu præſcriptum novi contra noxas à Mercurii abuſu inductas.

*Elect. de Myrrhâ* ℥ iij.

℞ Pul. Myrrh. ℥ ſs Olib. ʒ j. Croci ʒ ſs. Vitel. Ovi. j. in Mortario commiſtis adde Pul. Sacch. candi albi ℥ ſs. Pulp. Paſſul. ſol. per ſetaceum trajectæ ℥ j. Syr. Balſ. ℥ ſs. vel q. ſ. m.

Iiſdem dotatur Virtutibus ac Lohoch Myrrhiſatum quod vide.

*Elect. Nephritici* ℥ v.

℞ Pul. Sem. Sophiæ Chirurgorum ; Mellis deſpumat Butyri rec. ſine ſale ã ℥ j. Syr. Dialth. q. ſ. Nuc. Muſc. Pul. ʒ j. m.

Optimè & præcavet , & mitigat dolores Colicos paroxyſmo Nephritico ſupervenire ſolitos. Ad Præcautionem , aſſumatur ℥ ſs. manè, & ſerò per triduum

ante

ante Novilunium, & Plenilunium; ſuperbibaturque hauſtulus Vini albi. Ad mitigationem, capiat æger eandem doſin cum primùm ſigna aliquà Paroxyſmi prænuncia ſenſerit; & repetat quartis horis per ſex vices, ſuperbibendo ℥ iv. Decocti Malvæ Magiſtralis.

*Elect. Pectoralis*, ℥ v.

℞ Troch. Bechic. nig. pul. Mellis deſpum. Conſ. Roſ. Rub. Butyri ſine ſale ā ℥ j. Syr. Iujub. q. ſ. Ol. Nuc. Moſc. gut. iv. m.

Elegans eſt remedium ad Tuſſim moleſtam à Defluxione tenui & acri oriundam. Detur è cuſpide Cultelli, quoties Tuſſiendi nixus urſerit, & ſenſim deglutiatur.

Non poſſum autem me continere (inquit F. Sylvius) quin moneam hic Medicos juniores, ut in Pituitæ glutinoſæ correctione, caveant ſedulò ne multo utantur Saccharo, & valdè Saccharatis medicamentis; cum indè non tàm emendetur, ſolvaturque quàm augeatur Pituita, quin reddatur indiès glutinoſior. Vndè more malo, imo peſſimo, multi Medici Nocentium negligentes, in quâvis penè Tuſſi aliquandiu protractâ, & Phthiſin minante, quinimo productam fovente utuntur dicam an abutuntur Conſervâ Roſarum rubrarum copiosè indiès devoratâ; unde non tantùm non abſtergitur, exſiccatur, conſolidaturque Vlcus in Pulmonibus ortum; ſed inſuper Gravitatis ſenſus, ac intolerabile Frigus excitatur in Ventriculi regione, unà cum Appetitu proſtrato, redditurque tandem hâc arte, Malum immedicabile.

*Elect. Peruviani* ℥ iv.

℞ Cort. Peruv. pul. ℥ j. Terræ Iapon. ʒj. Balſ. Peruv. ʒſs. Ol. Nuciſtæ gut. ij. Syr. è Rubo Idæo ℥iij. m.

Ali-

Aliquando (cum non metueretur Diarrhœa) Terram Iaponicam omiſimus; & Butiri non ſaliti ℥ ſs. addidimus: ità enim longè faciliùs deglutiebatur.

Specificè valet contra quaſcunque vel Intermittentes, vel Remittentes Febres; atque inſervire poteſt pro 8 doſibus, tertiâ quâque horâ exhibendis. Sin verò Diarrhœam concitaverit, veſpertinis & matutinis doſibus, addi debent Laudani liq. gut. xv. vel xx.

*Elect. Peruv. Aſtringentis* ℥iv.

℞ Cort. Peruv. pulv. ℥ j. Balſ. de Tolu, Terr. Iapon. pul. ā ʒ j. Syr. Boylean q. ſ. m. f. Elect. pro x. doſib. ſumendis bis vel tèr in die ſuperbibendo cochleare unum, vel alterum Aq. Plantag. vel Limacum.

Antidotum audire meretur ſummè efficax contra Sputum cruentum; febriles enim fervores extinguit: Vaſa Pulmonaria aperta (quaſi Hermetice) ſigillat; & rupta conſolidat; idque tutò, & ſine Vlcere ſuccedente; quod Curationes alias frequenter inſecutum eſſe numeroſæ paſſim teſtantur Obſervationes.

*Elect. Peruv. Epilepticum.*

℞ Cort. Peruv. pul. ʒvj. Rad. Serp. Virgin. pul. ʒij. cum ſ. q. Syr. fl. Pæon. vel Pæon. comp. f. Elect. molle.

Antiepilepticum præſtantiſſimum, & certiſſimum pharmacum exiſtit; uti experientia me docuit.

Si (poſt debitas evacuationes) Adultis ʒ j. & Aliis minor doſis mane & veſperi per 3 vel 4 Menſes exhibeatur, & poſtea per triduum, vel quatriduum ante Noviſunium, & Plenilunium, repetatur, Morbos Epilepticos, & Hyſtericos penitus eradicat. Atque etiam Saltationes Convulſivas iſtas, dictas choreas Sancti Viti; in quibus mille geſticulationibus, & ſaltationibus ridiculis

ægro-

ægrotantes divexantur, more Tarantatorum, à Tarantulis in Apuliâ ictorum; quemadmodum Medicus Romanus. Baglivi obſervavit. Etiamſi vero laudatus Author accuſet Corticem tanquam cauſam Obſtructionum Meſariacarum incurabilium, & Febrium Hecticarum; nunquam tamen mihi obſervare licuit tale effectum, ſi Corpus & Remedium debitè priùs præpararentur.

Sed equidem in Febribus Continuis, Malignis, Petechialibus: Ictero; & morbis Puerperarum Lochiis fluentibus, exitiale audit.

Hæc Communicator.

*Elect. de Pæoniâ* ℥iv.

℞ Conſ. flor. Pæon. ℥j. Pul. Rad. Pæon. ʒvj. Sem. Pæon. excort. ʒij. Balſ. Peruv. ℈iv. Syr. Pæon. ℥iij. m.

Valet contra Epilepſiam, & id genus Morbos.

*Elect. Poterii* ℥iv.

℞ Antihect. Poterii ℥ſs. Pul. Haly recentis ℥iſs. Syr. Iujub. q. ſ. m.

Sanguinis & Succorum Acores, & Aſperitates quaſvis exoticas, & corruptivas deſtruit; atque indolem Balſamicam, Mollem, & Oleoſam inducit. In Febri Hecticâ nulli cedit medicamento. Sumere poteſt æger ad ʒij. vel ʒiij. bis in die ſuperbibendo hauſtum Lactis Aſinini.

*Elect. Purgantis* ℥ij.

℞ Pul. Rad. Ialap. ʒij. Rhab. ʒj. Scammon. (cum Sulph. præp.) ℈j. Crem. Tart. ℈ij. Ol. Aniſi, Garyoph. ā gut. ij. Elect. Lenit. ℥j. Syr. Roſ. ſol. ℥ſs. vel q. ſ. m.

Doſ. à ʒij. ad ℥ſs. vel ʒvj. manè cum regimine.

*Elect.*

*Elect. Quadrati* ℥ ij.

℞ Pul. fol. Roriſm. ℥ ſs. Syr. de Stæchade ℥ iſs. Balſ. Peruv. gut. xij. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

Frigidis Capitis, & Pectoris affectibus deſtinatur.

*Elect. Regii* ℥ iv.

℞ Conſ. flor. Garyoph. ℥ ij. Conſ. Fl. Cynosb. Mivæ Rubr. Idæi, Rob. Ribium, Succi Chermes ā ℥ ſs. Ambræ griſ. (primò Sacch. candi gr. xvj. & poſtea ol. Vitrioli gut. iv. optimè tritæ) gr. iv. m. f. Elect. cui adde Ol. Vitrioli q. ſ. per cribum trajiciatur.

*Elect. de Rhabarbaro* ℥ ij.

℞ Conſ. Roſ. rub. ʒ vj. Diaſcord. ℥ ſs. Pul. Rhab. ʒ ij. Ol. Nuc. Moſc. Cinnam ā gut. ij. Laud. liqu. gut. 80. Syr. Cydon. ℥ ſs. miſce diligenter.

Inteſtinorum cruciatus ſedat; materiam morbificam leniter expurgat; & Diarrhœam ſiſtit. Doſ. ʒ iij. vel ℥ ſs. veſperi.

*Elect. Roſatum.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ ij. Sacch. Roſ. (pulv. & per incerniculum creti) Butyri dulcis ſine ſale (Aquâ Roſ. loti) ā ℥ ſs. Ol. Nuc. Moſc. expreſ. Sperm. Ceti ā ʒ j. Vitel. Ov. N. j. Ol. Aniſi, gut. j. Tinct. Benzo. gut. octoginta m. f. Elect.

Ad Raucedinem, Tuſſim catarrhalem, atque id genus morbos Spiritales.

*Elect. Sanantis* ℥ iv.

℞ Sperm. Ceti ʒ j. Ceræ citr. ʒ iij. Ol. Amygd. dulc. ℥ j. liquentur ſimul. amota ab igne agitentur vſque dum ferè refrixerint, & conſiſtentiam acquiſiverint: dein-

deindè miſce in mortario cum Conſ. Roſ. rub. ℥iſs. Mellis ℥j. f. Elect. ſ. a.

Admodùm proficuum eſt contra Tuſſim acrem; oris & primarum viarum Eroſiones, Aphthas, Dyſenteriam, &c. Doſ. ʒij. vel ʒiij. quater in die.

*Elect. de Sarsâ.*

℞ Pul. Rad. Sarſapar. ℥j. Gum. Guaiaci ℥ſs. Ol. Iunip. gut. xvi Vitel. Ov. N. 1. Syr. Balſam. ℥iij. vel q. ſ. m. f. Elect.

Ad Dolores Arthriticos vagos.

*Elect. de Satyrio ℥iv.*

℞ Rad. Satyrii cond. ℥ij. Eryngii cond. ℥j. Nuc. Moſc. cond. ℥ſs. Succi Chermes, Spir. Hormini ā ʒij. Pip. longi pulv. gr. xvj. m.

Aphrodiſiacum eſt; nec non Conſumptos, & Emaciatos ſingulariter reficit. Doſ. ʒij. vel ʒiij. manè & veſp. cum hauſtulo Vini Malvatici.

*Elect. Scorbutici calidi ℥viij.*

℞ Herb. Cochl. hort. ℥iij. Vvar. paſſ. Corinth. Sacch. alb. creti ā ℥iſs, Pul. Rad. Zedoar. ℥ſs. Cort. VVinter. ʒij. Serm. Fœnic. dulc. ʒj. Sem. Aniſi ʒſs. Sem. Sinap. ℈j. Pip. long. ℈ſs. Ol. Saſſaph. gut. iv. Syr. è bacc. Samb. ℥j. vel q. ſ. m. f. Elect.

Sale volatili pungitivo abundat; ideoque Sal. fixum & acetoſum volatiliſat; Sanguinem & ſuccos Dyſcraſiâ Scorbuticâ inquinatos emendat; Coagulationes diſſolvit; Obſtructiones diſſipat, & fæculentias per Sudorem aut Vrinam expellit; valet contra Scorbutum rancidum; Icterum, Hydropem; Paralyſin. Sumatur ℥ſs. bis in die per Menſem.

*Elect. Scorbutici temperati* ℥ viij.

℞ Conſervæ Lujulæ ℥ iv. Con. fruct. Cynosb. ℥ j. Pul. Coral. rub. ℥ ſs. Pul. Eboris, CC. ā ʒ ij. Syr. è quinque Rad. ℥ij. m.

Scorbuticis conſtitutione calidiori præditis opportunum eſt. Ventriculi fermentum reſtituit, ejuſque & aliorum Viſcerum, Chyloſi inſervientium, functiones juvat; Sanguinem, & Succus aduſtos temperat, & depurat; Obſtructiones expedit; & Diureſin concitat. Doſ. ℥ ſs. bis in die.

*Elect. de Sinapi* ℥ iv.

℞ Sem. Sinap. pulv. ℥ ſs. Conſ. Rutæ ℥ij. Syr. de Stæchade ℥ ſs. Ol. Roriſmar. Lavend. ā gut. iv. m.

Nervos obſtructos luſtrat; & ſpiritus impeditos in motum ſtimulat. Vſui eſſe poteſt in Scorbuto frigido, Hydrope; ſed præcipuè deſtinatur contra morbos Soporoſos, & Paralyſin. Doſ. ʒ ij. tèr die.

*Elect. Spirituoſum.*

℞ Sal. volat. Sal. Armon. ℈ i. Ol. Roriſmar. gut. ij. Sacch. alb. creti ℥ j. Panis biſcocti Neapolitani (*Naples Bisket*) ſiccat. pulv. & per incerniculum tranſmiſſi ℥ iſs. Sem. Sinap. ʒ ij. Aq. Pæon. comp. Spir. Lavend. comp. ā ʒ vj. m. f. Elect.

Tenuium eſt partium. Ventriculo, Cerebro, & Nervis auxiliatur. Spiritus reficit. Tremore, aut Paralyſi laborantibus ſuccurrit.

*Elect. Splanchnici* ℥ vj.

℞ Conſ. Abſint. Seriphii Cochl. hort. ā ℥ ij. Rad. Enulæ cond. ℥ ſs. Pul. Ari. Comp. ʒ iij. Piper. longi, gr. xxiv. Sal. Abſint. ʒ ſs. Syr. de Fumar. ℥ j. m.

Vires

Vires habet Decocti Splanchnici, niſi quòd calidius eſt. Doſ. ℨ ij. vel ℨ iij. bis in die.

*Elect. Stomachici* ℥vj.

℞ Conſ. Roſ. rub. Abſint. Rom. ā ℥iſs. Conſ. Menthæ, Flaved. Aurant. Zinzib. cond. Ther. Ven. ā ℥ſs. Ol. Cinnam. gut. iv ol. Garyoph. gut. ij. Syr. Cydon. q. ſ. m.

Quando animus eſt ut Electuaria, aut Pulveres diutiùs in Ventriculo morentur, præſtat ſine vehiculo ſumere; nec quid liquoris quo diluantur, per horam, ſuperbibere. Atque id propter è re eſſet, ut mollis ſint Conſiſtentiæ, & Saporis grati, quò faciliùs deglutiantur, & retineantur.

Ventriculi frigiditatem, cruditatem, & laxitatem corrigit; Flatus diſcutit; Appetitum inſtaurat; Coctionem juvat; Vomituritionem tollit. *S*umatur qu. Iuglandis horâ unâ ante Paſtus; vel ſtatim à paſtu.

Non nunquam addere ſoleo Piperis longi pulverem.

*Elect. Stypici* ℥iv.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥iij. Croc. Mart. aſtring. ℨ iij. Sacch. Saturni ℨ j. Syr. Cydon. (vel è Roſ. ſicc.) ℥ſs. m.

Menſium fluxum immoderatum, internaſque Hæmorrhagias ſiſtit.

*Elect. Tamarindinatum.*

℞ Pulp. Tamarind. Extr. Caſſiæ ā ℨvj. mannæ (Aq Roſar. ſuper prunas candentes diſſol. col. & ad mellaginem redactæ) ℥iſs. Sennæ pulv. ℨiiſs. Crem. Tart. ℨſs. Syr. Viol. q. ſ. m. f. Elect.

Ad

Ad alvum Debilibus, Pueris, Senibus, commodè laxandam.

*Elect. Tartariſatum.*

℞ Crem. Tart. Subtil. pulv. Sacch. albi, Panis biſcocti Neapolitani (vulgò *Naples Bisket*) ā ℥ſs. cribratis omnibus adde Ol. Vitrioli gut. viij. Syr. Viol. q. ſ. m. f. Elect. juſte conſiſtentiæ.

Angelus Sala multus eſt in laudibus Tartari; ſi Linguam aridam recreat; ſitim reſtringuit; Fervorem ac Ebullitionem Bilis reprimit: Appetitum revocat; Dolores Ventriculi ſedat. Viſcidos, tenaces, ac mucilaginoſos humores attenuat, ac reſolvit. Interiorum Viſcerum obſtructiones reſerat. Flatus diſcutit, Crudos, Tartareoſque humores incidit; & alio quovis Medicamento felicius, ac commodiùs blandiſſimè educit. De ſeipſo narrat, quòd cum paſſione Colicâ multotiès miſerrimè diſcruciaretur, nulliſque Medicamentis aliis ab eâdem liberari poſſet, ſumpſit pulv. Tartari ʒvj. ex quo purgatus fuit, & a cruciatibus ſolutus: tandemque poſt multas repetitiones ejuſdem, integrè curatus.

*Elect. Terebinthinatum.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥iv. Ol. Terebint. gut. Octoginta m.

Vtiliſſimum eſt ad Tuſſim à Pituitâ craſsâ Pulmonibus impactâ ortam, ad purulentas exulcerationes, ubi non datur Febris Hectica; nec non ad Renes detergendos; & Vrinam ciendam. Doſ. ʒij. vel ʒiij bis quotidiè.

Riverius aſſerit Conſervam Roſarum corrigere odorem Terebinthinæ.

*Elect.*

*Elect. de Viſco.*

℞ Pulv. Viſci arborei ℥j. Cinnab. nativ. Spir. Lavend. Comp. ā ℥ſs. Ol. Roriſm. gut. viij Syr. Flor. Paralyſ. ℥iiſs. exactè ſimul commiſtis, adde Spir. Sal. Armon. q. ſ. ad Acredinem juſtam conciliandam.

Ad Affectiones Cephalicas, præſertim Convulſivas, & Vertiginoſas.

1 *Elect. è Zedoariâ* ℥iv.

℞ Balſ. Peruv. ʒij. vitel. Ov. N. j. Subactis in mortario adde Spir. Lavend. comp. ʒij. Syr. Pæon. comp. ℥ij. Rad. Zedoar. Pulv. ℥j. m. f. Elect.

Ad Colicam.

2 *Elect. de Zedoariâ* ℥iv.

℞ Conſer. Majoranæ ʒvj. Balſ. Peruv. ʒij. Pul. Rad. Zedoar. ℥j. Diacodii ℥ij. m.

Auxilio eſt in Colicâ, & exhiberi poteſt (poſt Purgationem) in ipſo Paroxyſmo; ſed præcipuus ejus uſus eſt ad Præcautionem Colicæ Hyctericæ habitualis, ubi Ventriculus, & Inteſtina ſunt frigida, laxa, & imbecillia. Doſ. ʒij. bis in die, longè à paſtu.

*Elect. è Zinzibere* ℥iv.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥iij. Zinz. cond. ℥j. Ol. Cinnam. gut. iv. Ol. Garyoph. gut. ij. m.

Ad Ventriculum, & Cor. confortandum; Coctionem juvandum; Nauſeam tollendam; Vomitum ſedandum; Flatus diſſipandum; Nativum calorem ſuſtentandum. Doſ. qu. Nuciſtæ bis in die, horâ j. ante Prandium, & Cœnam.

Elixir

*Elixir Catharticum.*

℞ Sennæ ʒvj. Rhab. ʒij. Glycyrrh. ʒiſs. Sem. Aniſi, Carui ā ʒj. Coccinellæ ℈j. Croci ℈ſs. Sp. Vini Gall. ℥xij. Aq. Mirab. Cinnam. ā ℥ij. poſt debitam infuſionem col. & adde Syr. Roſ. Sol. ℥ij. m.

Doſ. cochl. ij. veſp. & iij. mane ſequenti.

*Elixir Cinnamomi Stomachicum.*

℞ Elix. Propriet. Tartariſati ʒiij. Spir. Lavend. comp. ʒj. Ol. Cinnam. gut. á xij. ad xviij. m.

Doſ. à gut. xv. ad xx.

*Elixir Garyophyllaceum.*

℞ Elix. Propr. Tartariſ. Spir. Lavend. comp. ā ℥ſs. Garyoph. contuſ. ʒj. & gr. xij. Gran. Parad. gr. xlviij. m, ſtent in frigido tres dies.

Doſ. gut. xv. vel xx. ex hauſtulo vini.

*Elixir Stomachicum.*

℞ Elix. Propriet. Tartariſati ʒiij. Ol. Garyoph. Nuc. Moſch. ā gut. vj. Ol. Ment. gut. iij. Abſint. gut. j. m.

Doſ. gut. xv. vel xx. ex hauſtu Vini Xeroenſis mane.

*Elixir Volatile.*

℞ Spir. Sal. Armon. ʒiſs. Spir. Lavend. comp. ʒij. Tinct. Benzi ʒſs. m.

Spir. reficit. Doſis gut. xx. ex vehiculo appropriato.

*Emeticorum formulæ.*

℞ Aq. tepidæ lib. j. Ol. Oliv. ( vel Amygd. ) dulc. ℥iv. m. pro hauſtu.

℞

℞ Herb. Theæ ℥ſs. coq. in Aq. (vel Alæ) lib. j. ad lib. ſs. pro hauſtu.

℞ Oxym. Scill. ʒvi. Sal. Vitrioli gr. iv. m. pro puero ſex annorum.

℞ Oxym. Scill. ℥iij. propinetur ex hauſtu liquoris poſtetici.

℞ Oxym. Scill. ℥j. Sal. Vitrioli gr. xv. Infuſ. Croc. Metall. ʒiij. m.

℞ Oxym. Scill. ℥ij. Sal. Vitrioli ʒiſs. Aq. Cinnam. ℥ij. m. capiantur cochl. ij. bis tervè in horâ.

℞ Oxym. Scill. Ol. Amygd. dulc. ā ℥iv. ſumantur cochl. iv. per vices donec operetur.

℞ Herb. Senec. Miſs. Paſſul. Corinth. Mſs. Sem. Aniſi (ſub finem add.) ʒij. coq. in Alæ ℥xij. ad lib. ſs. pro hauſtu.

℞ Cort. inter. Sambuci Mij. coq. in Aq. & Lact. ā lib. ſs. ad dimid. conſumptionem, col. pro doſi.

℞ Fol. virid. Aſari à v. ad ix. contuſ. affunde Alæ (vel Vini albi) ℥iij. macerentur frigidè per horam exprimendo coletur pro hauſtu.

℞ Tart. Emet. à gr. j. ad v. vel vj.

℞ Vini Emetici à gut. xx. (qualem doſin infantulo præſcriptam novi) ad ʒvj. ℥j. vel ʒx.

℞ Pul. Rad. Ipecacoannæ à ℈ſs. pro Infante, ad ʒſs. ℈ij. pro Adulto.

Optandum eſſet, ut Tyrones (quorum in gratiam hanc ſcripſi Pharmacopœiam) ſumme caverent, vel omninò abſtinerent à ſequentibus.

Nicotianâ.<br>
Eſulâ.<br>
Helleb. albo.<br>
Vitro Antim. }<br>
Regulo Antim. } in ſubſtantiâ.<br>
Croco Metall. }

Turb.

Turb. Miner.
Sulph. Antim.
Florib. Antim.
Auro Vitæ.
Mercurio Vitæ.
Hercule Bovii.

*Emplaſtrum de Albo.*

℞ Empl. ad Hern. Diacalcit. ã ʒiij. Vng. alb. Camphir. ℈iv. ſacch. Saturni ℈ij. m. f. Empl.

Dorſo applicetur ad dolorem ſedandum, & calorem minuendum.

*Emplaſtr. Alocticum.*

℞ Aloes pulv. ʒij. Ol. Abſint. chym. gut. viij. cum Fell. Bov. q. ſ. f. Maſſa Emplaſt. quæ ſuper alutam ducta Vmbilico applicetur.

*Empl. Anginoſum.*

℞ Empl. Diach. ſimp. ʒiij. Ol. Abſint. ſtill. gut. xviij. m.

Applicetur Gulæ, adeò ut ad utramque aurem pertingat.

*Empl.. Anodyni ℥v.*

℞ Empl. de Minio ℥iv. Ol. Lil. ℥ſs. Terebinth. Ven. ʒij. Opii, Camph. Sacch. Saturni ã ℈ij. f. Empl. ſ. a.

Refrigerat, & mirabiliter dolores, cruciatuſque (etiam Nephriticos ipſos) placat.

Quamvis Opium internè ſumptum, adeò poteſt Spirituum actionem ſufflaminare, ut Doloris ſenſum ſuſpendat. Subdubito tamen utrum externè applicatum ſit verè Anodynum nec ne.

Namque Sale abundat volatili igneo, & Sulphure graviter fætido; Inflammabile eſt, amarum, acre, &

eouſque calidum, ut vel in primâ Diſcutientium claſſe meritò ponatur; & fermè Cauſticum exiſtimetur. Atque hæc propter malè comparatum mihi videtur ad conſtituendum Anodynum: Cujus eſt (prout mea fert ætiologia) mitigare fervorem quem dolor in parte concitaſſet: ſuggerere benignum Rorem ad, diluendam, & dulcificandam acrimoniam Salium pungentium; atque ad leniendas, & eo modo relaxandas tenſas obtortas, & divulſas fibrillas, ut partes ſolidæ ad ſtatum naturalem redeuntes, Fluidis tranſitum (ut oportuit) liberum concedant, & promoveant.

*Empl. Apoplectici ℥iſs.*

℞ Gum. Galb. Opopan. Pul. Rad. Pyreth. Sem. Sinap. Piperis longi, Coſtorei ā ʒiſs. Terebinth. Ven. ʒiij. vel q. ſ. Ol. Succini ℈j. f. Empl.

In morbis Sporoſis, & Paralyſi, Capiti raſo adhibeatur.

*Empl. Armoniacum.*

℞ Sal. volat. Sal. Armon. (in Aq. liquidi facti) ʒij. Tereb. Venet. ʒvj. miſce in mortario ſucceſſivè.

Idem eſt ferè ac Empl. volat. quod vide.

*Empl. Arthritici ℥x.*

℞ Gum. Elemi, Colophon. Pic. Burgund. ā ℥ij. Ceræ citr. ℥iiſs. Pulv. Minii, Maſtich. Olib. Boli. ā ʒij. Petrol. Ol. Spicæ, Ol. Aniſi ā ʒiſs. f. Empl.

Humores acres rodentes obtundit; viſcidos obſtruentes attenuat, & per Diaphoreſin foras evocat. Porro fibrillarum ſpaſmum, & Tenſionem dolorificam blandè relaxat; atque interim Nervos, Articuloſque mirum quantum conſolatur & roborat.

*Empl. Balſamici ℥iv.*

℞ Empl. Diapalm. ℥ij. Terebint. Cypr. Ceræ citr. ā ℥ſs. liquatis adde Ol. Nuc. Moſch. chym. gut. xvj. Balſ. Tolut. pulv. ℥j. m. f Empl. ſ. a.

Ad Lumborum debilitatem, dolorem, & Fluorem album. Dorſo adhibeatur: quòd ſi pruritum valdè moleſtum excitaverit, aliquandò ſeponatur per dies aliquot, & poſteà rursùm applicetur.

*Empl. Carminativum.*

℞ Terebinth. Ven. ʒj. Sal. volat. Sal Armon. ℈ij. Camph. ℈j. Ol. Cymini gut. xvj. m. & adjice ſequ. ſc.

℞ Empl. de Cymino (vel de Bac. Lauri) ℥ſs. Reſinæ com. ʒj. Ceræ citr ʒſs. ſimul liquefiant ad ignem; & cum fermè refrixerint, cæteris ſ. a. commiſceantur.

Humores viſcidos in membro aliquo impactos, illudque aggravantes corrigit, & removet; partes Nervoſas tono fractas, & impotentes roborat, & reſtituit. Doloribus Articulorum medetur.

*Empl. Cephalici ʒxj.*

℞ Empl. de Betonicâ ℥ſs. Gum. Caran. Tacamah. ā ʒiij. Pul. Balſ. Tolut. ℈ij. Balſ. Peruv. (vel. Capiv.) ℈j. f. Empl.

Caput calefacit, & roborat; Convenire creditur in Cephalalgiâ; Vertigine; Incubo; Epilepſiâ; Paralyſi; & Surditate, atque ad præcavandos affectus Convulſivos, & Soporoſos præſcribi ſolet.

*Empl. Dorſale.*

℞ Empl. ad Hern. Diapalm. ā q. ſ. f. Empl. Ad Lumborum dolorem, debilitatem, & Fluorem album.

Contra Abortum hoc modo præſcriptum novi.

℞ Empl. ad Hern. (vel Cæſaris) Diapalmæ ā ℥j. Terebint. Cypriæ ℥ſs. m. f. Empl. ij. nempè pro Dorſo, & Vmbilico.

In Gonorrhæâ, & Fluore albo, Medicamenta Lumbis applicantur; non quòd Renes illic ſitum habent; ſed quià Arteriæ quæ Sanguinem Pudendis adducunt, hoc in loco, ſc. ex Aorta, exeunt. Etiàm & propter ejuſdem partis Muſculos, & Ligamenta laxata.

Quando detrahere velles Emplaſtrum quod maximè adhæret; priùs applica lapidem calefactum; vel fove cum ſtuphis ex aquâ calidâ expreſſis; ita enim liqueſcet, & facile cedet Emplaſtrum.

*Empl. Epiſpaſtici* ℥xiij.

℞ Pic. Burgund. ℥viij. Terebint. Ven. Cantharid. ſubtil. pulv. ā ℥iiſs. m. f. Empl.

Inter tot paſſim proſtantia, ad hunc uſum Emplaſtra, hoc facile primas obtinet, infallibiliter enim (x. vel xij. horarum ſpatio) Veſiculas excitat, atque ſi artificiosè detrahatur, cuticulam adhærentem integrè ſecum abripit.

In pituitoſis, Senioribus, ac frigidioris temperamenti hominibus, Emplaſtra Epiſpaſtica circa primum Febris inſultum (affectuum Capitis præſervationis causâ) applicari poſſint: Atque in quibuſvis Torpore, Vertigine, aut Cephalalgiâ immani loborantibus (propter eorundem Affectuum curationem) adhiberi ſolent.

In conſtitutionibus verò impensè calidis, ubi cum Seri defectu, Sanguis aduritur nimiùm: Atque in Febribus Æſtu ſicco intolerabili, Vigiliis, & Phreneſi affligentibus, Epiſpaſtica minùs ex uſu eſſe videntur.

*Empl.*

*Empl. Excitantis* ℥vj.

℞ Pic. Burgund. ʒij. Terebint. Ven. Aſæ fæt. ā ʒj. pul. Euphorb. Gran. Parad. Camph. ā ʒſs. Sal. volat. Sal. Armon. ℈j. Ol. Succini ℈ſs. m. f. Empl. plantis pedum adhibenda.

Succurrunt in Capitis dolore, & Affectibus Soporoſis Febres comitantibus.

*Empl. Farinaceum.*

℞ Thur. pulv. ℥j. Vilel. Ov. N. viij. Farinæ Hord. q. ſ. m. f. Empl.

Ad Dorſi debilitatem & dolorem octavis horis renovetur.

*Empl. Febrifugum.*

Super alutam (ſtylo acuto punctam) aſpergatur Thus pulv. deinde cum ſpatulâ calenti liquefiat: ſuper hoc extendatur Terebinthina. Super Ombilicum geſtetur, donec inveteraſcat, atque ex ſe decidat.

*Empl. Gravidarum* ℥iv.

℞ Empl. ad Hern. ℥j. Cerati Santal. Vng. Comitiſſæ ā ʒiij. Ol. Myrtin. ʒiijſs. Ceræ ℥ſs. liquefactis adde Pul. Sang. Drac. Maſtiches, Boli, Rad. Biſtortæ, Gallarum ā ʒſs. Succini, Coral. rub. Nuc. Moſch. ā ℈ij. tandem adjice Terebint. Cypr. q ſ. f. Maſſa.

Lumborum regioni applicetur, & continuò geſtetur, ad Abortum præcavendum.

Bolus, Corallium, Gypſum, & ejuſmodi in Emplaſtris non conducunt quatenùs ſunt Aſtringentia propriè dicta; namque externè tantùm tangunt; & vires intùs immittere nequeunt. Sed quià conſiſtentiam compactiorem (quaſi Intritum magìs adhæſi-

vum,

vum, & tenaciorem) conſtituunt. Emplaſtra enim Aſtringentia (me Iudice) tantummodò fortitèr adhærendo, Cutim comprimendo; Fibrarum faſciculos (inſtar Faſciæ) intra limites conſtringendo; atque ità quaſi Tonum artificialem parti conciliando: Hæcque abſque Calefactione, aut Diſcuſſione peragendo; vim ſuam exſerere videntur.

*Empl. Hydropicum.*

℞ Empl. de Sapone ℥ij. Ol. Aniſi, Petrol. ā ʒſs. m.

Lympham intra corporis habitum aggeſtam, & coagulatam attenuat, commovet, & per Diaphoreſin amandat. Applicetur ſuper totum Abdominis ambitum.

*Empl. Ictericum.*

℞ Croci pulv. ʒij. Mellis q. ſ. f. Maſſa mollis, quæ ſuper alutam extenſa Hepatis, & Vmbilici regioni applicetur.

Infantibus Ictero defædatis ſubſidio eſt.

*Empl. Iſchiatici* ℥iv.

℞ Pic. Burgund. ℥ij. Galb. ℥j. Sulph. vivi ʒij. Succini ʒj. Hermodact. Rad. Ireos Florent. Sem. Cymini, Flor. Chamæm. ā ʒſs. Petrol. q. ſ. m. f. Empl.

Succos craſſos attenuat, ſalinos acres edulcorat, partes nervoſas roborat, & (abſque Repulſione) dolores Athriticos ſedat.

*Empl. ad Languores* ℥j.

℞ Galb. col. ʒiij. Aſæ fæt. Ceræ Citr. ā ʒij. Camph. (Ol. Succini gut. viij. ſubactæ) ʒſs. Sal. C. C. Caſtor. ā gr. xv. m. f. Empl.

Ad Affectiones Hyſtericas.

*Empl.*

*Empl. Laterale.*

℞ Empl. è Cymino ℥j. Camph. ℈j. Ol. Aniſi gut. xv. m.

Penetrat, attenuat, diſcutit, flatus diſſipat, dolores ſedat.

*Empl. ad Lumbaginem* ℥vſs.

℞ Empl. de Minio Vigonis ℥ij. Diapalm (Ol. Roſar. loco Axungiæ parat.) ℥iſs. Gum. Carannæ (Aceto Roſ. ſolutæ, & col.) ℥ſs. Boli, Terræ ſigill. Maſtiches ā ℈iv. Terebint. Cypr. ℥j. m. ſ. a.

Humorum affluxum inhibet, & repellit; nec non partes Nervoſas confortat, & corroborat.

*Empl. de Majoranâ.*

℞ Pic. Burgund. ℥ſs. Pul. Majoranæ ʒſs. Euphorbii ℈j. m.

Ad Catarrhum; Dentalgiam; Vvulæ inſlammmationem; Ophthalmiam; & Cephalalgiam, applicetur Nuchæ, vel pone Aures.

*Empl. Maſtichini* ʒx.

℞ Maſtiches, Gum. Iunip. Nuc. Moſc. Garyoph. ā ℈j. Labdani ʒvj. ducantur piſtillo calido in Mortario, & additâ Ol. Maſtich. q. ſ. f. Empl.

Capitis vertici imponatur, ad Pericranii refrigerati, & relaxati calorem, tonumque reſtituendum, & colluviei Catarrhalis ab illo ſcaturientis laticem ſiſtendum. Convenit in dolore Capitis frigido; Dentalgiâ; Tumore Tonſillarum; Inflammatione Vvulæ; Aſperitate Gulæ; &c. Vide *Linim. Cephalic.*

Empl.

*Empl. è Mercur. vivo.*

℞ Empl. è Cicutâ cum Ammon. ʒiij. Diach. cum Gum. ʒij. Galb. col. Terebint. Ven. Mercur. viv. ā ʒj. Balſ. Sulph. ʒſs. m. f. Empl.

Ad Tumores duros, & Dolores profundiùs inſidentes.

*Empl. Nephriticum.*

℞ Opii pulv. ʒij. Sapon. mollis ℥j. ol. Iunip. ʒſs. m. & Renibus applicetur.

*Empl. Nuchale.*

℞ Pic. Burgund. ʒiiſs. Galb. col. Tereb. Ven. ā ʒſs. Sem Sinap. Pip. nig. Sal. volat. Sal. Armon. (cum ol. Orig. gut. ij. triti) ā ℈ſs. m. f. Empl.

Ad eoſdem vſus ac Empl. de Majoranâ.

*Empl. Pectoralis ℥j.*

℞ Tacamahac. col. ℥ſs. Ceræ citr. ʒij. liquefactis adde Pul. Benzo. Styrac. calam. ā ʒj. Croci ℈ſs. Ol. Aniſi gut. viij. Ol. Nuc. Moſch. & Garyoph. ā gut. iv. m. f. Empl. ſ. a.

Calefacit, attenuat, diſcutit, roborat. Muſculos Thoracios colluvie viſcidâ, frigidaque impeditos luſtrat, & conſolatur. Vſui eſt ad Tuſſim cum Pectoris gravitate, & teneritudine conjunctam.

*A Empl. Pleuriticum.*

℞ Empl. Paracelſi, de Sapone ā ℥i. Vngu. Populn. ℥iſs. Camph. ʒiij. m. liquefiant lento igne perpetuò agitando cum Spatulâ; quando frigeſcere incipiunt, addatur Camphora & fiat Empl. molle.

Valde

Valde anodynum eſt : dolores Pleuriticos , & Podagricos placat : Tumores Inflammatorios , diſſipat ; Anginam , abſque Repercuſſione , ſolvit.

*Empl. Puniceum.*

℞ Galb. col. ℥iſs. pul. Maſtich. ʒiij. Terebint. Cypr. ʒſs. Picis navalis ℈ij. ducantur cum piſtillo calido in mortario calido , mox addendo Ol. Mac. expreſ. gr. xv. & denique paulatim Pulv. Balauſt. gr. xlv. intimè commiſceantur omnia , & conficiatur Emplaſtrum ſ. a.

Hoc elegans Emplaſtrum Caput , Stomachum , Abdomen , uterum optimè roborat & conſolatur.

*Empl. de Pyrethro.* ℥vj.

℞ Galb. col. Sagapeni , Ammon. ( vino alb. ſoluti, & col. ) ā ℥j. pul. Rad. Pyreth. Sem. Sinap. ā ℥ſs. Ceræ ℥iſs. Tereb. Ven. q. ſ. m.

Partes nervoſas calefacit , deobſtruit , roborat , & Spiritus animales in motum ſtimulat. Convenit membris Paralyticis.

*Empl. Roborantis* ℥j.

℞ Empl. Stomach. Magiſtr. ʒiij. Oxycroc ( ritè præp. ) ʒij. Gum. Caran. Tacamah. ā ʒj. Pul. Balſ. Tolot. ℈ij. Balſ. Perv. ℈j. ol. Cinnam. Garyoph. Nuc. Moſc. ā gut. ij. Ol. Ment. Abſint. ā gut. j. m. f. Empl. ſ. a.

Ad Ventriculum confortandum vix reperiatur præſtantius.

*Empl. Spinale.*

℞ Empl. Diapalm. ℥ſs. Oxycroc. ʒij. Ol. Suc. cini gut. xij. m.

Ad Dorſi dolorem, & debilitatem; Spinaliſque medullæ obſtructionem eximiè convenit. Puerilis Rachitide laborantibus (oblongâ figurâ) à Nuchâ uſque ad Os ſacrum adhibeatur.

*1 Empl. Splenetici* ℥j.

Empl. de Cymino, Melil. Comp. Gum Tacamah. ã ʒij. Empl. è Cicutâ cum Amnon. Balſ. Peruv. ã ʒj. m.

Fæculentias atrabilarias Hypochondrio ſtagnantes circulationi reddit quin & fibrarum corrugationes, tenſiones, & affectiones ſpaſmodicas ſedat, & compeſcit.

*2 Empl. Splenetici* ʒvj.

℞ Empl. è Cymino ʒiij. Oxycroc. Tacamoh. col. ã ʒiſs. Ol. Saſſaph. gut. iij. m.

*1 Empl. Stomachici Comp.* ℥j.

℞ Empl. Stom. Magiſtr. ℥ſs. Tacamahac. col. ʒij. liquefactis adde Pul. Balſ. Tolut. ʒj. Sang. Drac. Balſ. Peruv. ã. ʒſs. Ol. Nuc. Moſch. & Garyoph. ã gut. ij. Ol. Aniſi gut. j. m. f. Empl. ſ. a.

Calorem, & concoctionem juvat; Nauſeam & Vomitum reprimit; Ventriculum cruditate, & flatibus liberat; ejuſque laxitati, imbecillitati, & diſtentioni opitulatur.

*2 Empl. Stomach. Comp.* ℥j.

℞ Tacama. col. ʒvij. Pul. Ment. Balauſt. ã. ʒſs. Ol. Garyoph. Nuc. Moſc. Aniſi, Succini ã gut. ij. f. Empl.

Siniſtrum Ventriculi orificium, circa undecinam Thoracis Vertebram, Diaphragmati adnectitur; & partes

partes poſteriores reſpicit. Hinc ad Dorſum, majori cum ſucceſſu, in Stomachi debilitate, aplicantur Emplaſtra, inquit Highmor. quod notat etiam River. de Appetitu can. & T. Bartholin. Anat. p. 330.

*Empl. Suppedalis ℥vj.*

℞ Empl. Cephal. ℥iij. Pic. Naval. ℥ij. pul. Euphorb. ℈ij. Camph. & Ol. Succini ā ℈j. m.

Neceſſarii uſûs eſt in Febribus continuis Cephalalgiâ, Torpore, Vigiliis, Delirio, &c. ſtipatis; quando ſcilicet Sanguis inæqualiter circulatur, & magis impetuosè verſus Caput, quàm inferiores corporis partes fertur. Vide Lot. Pedal.

*Empl. pro Temporibus.*

℞ Carannæ ℥j. extendatur ſuper alutam, cui adde in medio Opii gr. ij. Ol. Succini gut. iv.

Anodynum eſt. Temporibus applicatum valet contra Vigilias, & Capitis dolorem. Pone, vel ſub Aures, Dentium cruciatum tollit.

Surculi duo Arteriæ Carotidis externæ ſub Aurem, Maxillam inferiorem ingrediuntur; & ſecundum ejus longitudinem, in omnium Dentium radices diſſeminantur, quibus Sanguis ad Dentium nutritionem defertur. Hiſce in vaſis Humores acres (unà cum ſanguine) ad Dentes perveniunt, quibus illorum membranula exquiſitè ſentiens, interiorem eorum medullam ſuccingens eroditur, & vellicatur: Vndè dolores illi Dentium exquiſitiſſimi ortum petunt. Ab hac Arteriarum Dentes petentium origine, Remedia pone, vel ſub Aures, meliori cum ſucceſſu, in dentium dolore applicare, quàm ad Tempora, facilè ſuaderi poteſt, inquit Highmor.

*Empl.*

*Empl. de Thure Comp.*

℞ Thuris ʒij. Tacamah. ʒj. Croci pul. ℈ſs. Tereb. Ven. q. ſ. m. f. Empl. elegans.

Febricitantium carpis admoveatur.

*Empl. Volatile.*

℞ Terebint Venetæ puræ ℥j. agitetur in mortario, & ſenſim affunde Spirit. Sal. Armon. ℥j. continuò agitando, donec in craſſamentum album (inſtar Emplaſtri) coeant.

Tenacitèr adhæret; intimè penetrat; partes calefacit; fibrillas roborat; Spiritus exagitat; Ductus carneos, nerveoſque reſerat; colluviemque impactam diſcutit, & evaporare facit.

*Empl. Volat. fœtidum*

℞ Galb. col. ℥ſs. Aſæ fœt. ʒj. Ceræ citr. ʒj. una liquatis, poſtmodùm ab igne amotis, & frigore inſpiſſatis adde Miſt. ſeq.

℞ Terebint. Ven. ʒj. Sal. Volat. CC. ℈ij. Camph. ℈j. ol. Succini ʒſs. m. ſ. a.

Hyſtericis opitulatur.

*Emulſ. Arabicæ* lib.ij.

℞ Gum. Arab. ℥j. coq. in Aq. Hord. lib.ij. ad ſolutionem; cum haâc ſolutione, & Sem. Malvæ, Papav. alb. Amygd. dulc. excort. ā ℥ſs. f. Emulſ. ſ. a cui adde Sacch. Saturni gr. xvj. Syr. Alth. ℥iij. m.

In quolibet ardore Vrinæ, vel ab acrimoniâ ſanguinis, vel ab Epiſpaſticis, vel ab Arenulis excitato, Remedium fidum meritò habeatur. Doſ. ℥iv. vel ℥vj. bis, tèr quaterve in die.

*Emulſ.*

*Emulſ. Aſthmatica.*

℞ Millep. viv. N. 120. contuſis ſenſim affunde in mortario Aq. Puleg. ℥vj. in liquore fortitèr expreſſo diſſolve Gum. Ammon. ʒiij. col. adde Tinc. Benzo. ʒiij. m.

Doſis cochl. j. ex hauſt. Decoc. Pectoral. ſæpè in die.

*Emulſ. Balſamicæ* lib. ij.

℞ Balſ. Tolut. ʒvj. decoqu. in Aq. Hord. lib. iiſs. ad lib. ij. cum col. & Amygd. dulc. excort. ʒvj. f. Emulſ. cui adde Balſ. Gilead. (cum Sacch. albi ℥j. benè triti) gut. xvj. m.

Phthiſicis aptè præſcribitur; Lenit enim, Demulcet, Tubercula diſcutit; Putredinem delet, & ſanat.

*Emulſio Bruneri.*

℞ Gum. Ammon. ʒiſs. diſſolv. (in mortario) in Aq. Hyſſop. frigidæ ℥iv. & Vin. Rhen ℥ij. col. ſit pro duobus hauſtibus.

In Aſthmate extrenum, & nunquam fallens remedium habetur. Tantâque efficaciâ à ſuffocatione liberat, ut præclarius non viderim, inquit. Author Conſil. 34.

*Emulſ. Cathartica.*

℞ Reſinæ Scammon. ℈ſs. (vel q. ſ.) Vitel. Ovi. ʒij. Sach. albi ʒj. Aq. Roſ. Dam. & Cinnam. hord. ā ʒvi. m.

Hæc Reſina dupliciter culpabilis eſſe ſolet; aut enim obſtinatè ſolutioni reſiſtens, & nullo modo alterata, abſque purgatione dejicitur: aut plicis Ventriculi, Inteſtinorumve pertinacius adhærens Nauſeam, Tormina,

mina, aut Hypercatharſin excitat: hâc verò ratione diſſoluta, & circurata, ſatis efficaciter, & tutò, opus ſuum peragere ſolet.

*Emulſ. Communis* lib.ij.

℞ Amygdal. dulc. excort. Sem. Cucumer. Papav. albi ā ℥ſs. Sacch. albi ℥j. contundantur ſimul donec in paſtam coaleſcant: dein additis Aq. Hord. lib.ij. f. Emulſ. ſ. a quæ fortiter exprimendo coletur.

Emulſionibus cave ne Acida commiſceas; quippe ſubſtantiam lacteſcentem facilè præcipitant: ideoque Spiritus acidi Vitrioli, Sulphuris, ſuccus Limonum, &c. non ſunt addendi. TencKe 42.

Hujus uſus eſt egregius, & multiplex, 1. ſc. ad Ventriculi æſtum, eroſiones, ſitim. 2. ad Renum, & Veſicæ fervores, & crucitatus; Vrinæ ardorem Gonorrhæam. 3. Ad. Sanguinis ebullitionem, & acrimoniam in Febribus inflammatoriis, Pleuritide, Rheumatiſmo, Vigiliis, & Deliriis. 4. Ad Serum deficiens reſtituendum in Febribus ardentibus, & hecticis. Summatim, ad Leniendum, Refrigerandum, Humectandum. Propinetur Hauſtus ſæpè ad libitum

*Emulſ. Cordialis* ℥viij.

℞ Aq. Epidem. Pæon. comp. ā ℥iv. Sem Citri ℥ſs. f. Emulſ. cui adde Sach. perl. ʒiij. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m.

Sumat ægrotans cochl. ij. vel iij. tèr in die in Febribus malignis.

*Emul. de Cornu Cervi* lib.ij.

℞ Decocti CCC. lib. ij. Amygd. dulc. excort. Sem. Papav.

Papav. albi ā ℥ſs. f. Emulſ. cui adde Aq. Cinnam. fort. ℥ij. Ol. Nuc. Moſc. gut. j Sacch. ℥j. m.

Feliciter uſurpatur in Febribus Diarrhœâ ſymptomaticâ ſtipatis, pro potu ordinario.

Cùm pulvis hic calcinatus ſit mera Terra damnata, Salibus ſuis omninò ſpoliata; inter coquendum Salem Aquæ exhauriet; eamque inanem, & eſurientem reddet. Iſtaque deinde eſuriens Aqua in Viſcera, & Vaſa noſtra intromiſſa, Salia paritèr quotquot invenit in ſe avidè arripiet, ſecumque foràs educet. Atque hoc modo Ventriculum, & Inteſtina corrigere; Sanguinemque & Succos edulcorare probabile eſt.

His aliquale lumen affert illud Mayovv (de Therm. Bath. 264.) inquientis: Si Sal Tartari Aquæ fontanæ admixtum fuerit, Præcipitacio in eâdem fieri ſolet; eaque colorem quendam album acquirit, certo utique indicio, Sal quoddam indolis acidæ aquis fontanis ineſſe. Sed aliud, atque aliud ſentiunt eruditi; Tachenius enim Alcali Aquæ in eſſe contendit. Vide *Aq. Iunip.*

*Emulſio Diuretica.*

℞ R. Vrticæ recent. ℥iv. coq. in Aq. font. lib.iij. ad ijſs. col. adde Sem. Vrticæ ℥ſs. Sem. Petroſel. ℥j Sem. Aniſi, Sinap. ā ʒij. f. Infuſio calida quatuor horas colentur ſine expreſſione ℥xxviij. quibuſcum, & Amygd. dulc. excort. Sem. Melon. S. Mill. Solis, S. Papav. alb. ā ℥ſs. Sacch. alb. ℥iſs. f. Emulſ. ſ. a cui adde Aq. Raph. comp. ℥iv. Teſt. Ovor. ſupra Porphyrium alcoholiſatarum ℥ſs. m.

*Emulſio Edulcorans.*

℞ Gum. Arab. ℥iij. diſſolve ſuper ignem in Aq. Hord. limpidæ lib.ij. cum refrixerint adde Ocul. Cancr.

per

per lævigationem, & lotionem præp. ℥iſs. Sacch. alb. ℥ij. ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

Oculorum Cancrorum dicta præparatio hujuſmodi eſt tenuiſſimè in mortario marmoreo lævigentur, aquâ deſuper limpidiſſimâ affusâ, & agitatâ, donec ea turbida fuerit. Hinc in aliud vas conjiciatur. Tum alia denuò affundatur, agitetur, turbidaque reddita præcedenti adjungatur: idque totiès reiteretur, donec faces in mortario ſubſederint, omniſque tenuior ſubſtantia cum aquâ fuerit educta: quæ quieſcere permittatur, ut in fundo remaneat Oculorum materia ſola & ſincera. Tandem hæc (aquâ priùs effusâ) colligenda, & ſupra marmor ita læviganda, ut nulla aſperitas linguâ perripi poſſit; atque inde in globulos formanda, ſiccanda, & in uſum aſſervanda. *N. B.* Hoc modo præparari alia Teſtacea, Cretacea, &c. quævis.

### *Emulſ. Hyſterica.*

℞ Aſ. fæt. ℨij. Aq. Ceraſ. nig. (vel in ejus defectu, Aq. font.) lib.ſs. diſſolv. in mortario ſine calore, & col.

Euporiſton eſt optimum ad Languores Hiſtericos detur per vices cochl. j.

### *Emulſ. Pacificæ* ℥iv.

℞ Sem. Papav. albi ℨij. Amyd. dulc. excort. N. j. contuſis adde Aq. Papav. errat. ℥iiiſs. f. Emulſ. cui col. adde Aq. Ment. ℨj. Diacod. ℨiij. m. pro doſi ſingulari.

Spiritus furentes compeſcit, & ſomnum accerſit. Magis temperata eſt quàm Laudanum; & Ventriculum minus gravat, quàm Diacodium.

Emulſ.

*Emulſ. Pæoniatæ* lib. ij.

℞ Sem. Pæon. Papav. albi, Amygd. dulc. excort. ā ℥ ſs. Sacch. albi ℥ j. Ol. Nunc. Moſc. gut. ij contuſis affunde ſenſim Aq. Ceraſ. nigr. lib. ij. f. Emulſ-ſ. a cui col. adde Aq. Pæon. Comp. ℥ ij. m.

*N. B.* Hoc modo quævis olea Chymica commodiſſimè miſceri poſſe.

Ad morbos, Convulſivos, Epilepſiam, &c. ſed ſpeciatim egregii uſûs eſt febricitantibus Capitis dolore, ſubſultu Tendinum, &c. laborantibus Doſ. ab ℥ ji. ad ℥ iv. octavis, vel ſextis horis.

*Emulſ. Styptica* lib. ij.

℞ Rad. Conſolidæ maj. ℥ iv. coq. in Aq. font. lib. iij? ad lib. ij. cum colaturâ, & Sem. Papav. albi, Hyoſcyami Amygd. dulc. excort. ā ℥ ſs. Sal. Prunel. ʒ j. Sacch. Saturni ℈ j. & Sacch. albi ℥ j. f. Emulſ.

Sanguinem refrigerat, contemperat, incraſſat; vaſorum ora occludit; & Spiritus pacat. utiliter propinatur ad ſiſtendam Hæmorrhagiam narium; Hæmoptöen; Hæmorrhoidum, & Menſium fluxum. Doſ. ℥ iv. bis in die.

*Emulſ. Varioloſa.*

℞ Amygd. dulc. excort. Sem. Melon. Cucum. Papav. alb. ā ʒ ij. Sacch. alb. ℥ ſs. optimè ſimul contuſis ſenſim affunde Gelatin. CC. & Eboris (ſine ſucco Limon. paratæ) ℥ iv. Aq. Lact. Alexit. ℥ xij. col. fortitèr expreſs. adde Aq. Cinnam. Epidem. ā ℥ ſs. Antimon. Diaphor. ritè præp. ʒ ij. m.

Doſ. cochl. vj.

*Enem. Amari* ℥ viſs.

℞ Rad. Serpent. Virg. contuſ. ʒj. Pulp Colocynth. (in nodulo ligat.) ℈ j. Herb. Tanaceti, Summit Sabinæ an. Mſs. f. decoct. in Aq. font. q. ſ. col. ℥vj. adde Ol. Hyper. ℥ſs Ol. Abſint. Chym. ʒſs. Spe. Hieræ pic. ℈ ſs. m.

Aſcarides enecat, & expellit. Quoad Vermes verò teretes; dùm valentes ii ſunt, vividi, & reptiles, dumque in tenuia Inteſtina, & Ventriculum conſcendere proclives ſunt; hujuſmodi amaricans Enema minimè debet injici; ne cogad eos ſuperiora verſus repere, & Tragœdias ibi patrare. Poſt Anthelminthica veró aliquandiù per os exhibita, quæ Vermes languidos reddidêre, & ad inferiora depulêre, tùm demùm hoc maxime opportunum, & efficax uſu reperitur.

Aſcarides ſunt quidem Gens puſilla, ſed expugnatu difficillima; namque licèt omnes ad unam Enematis vi exterminarentur; nova tamen, & numeroſa proles ab ovulis in Recto depoſitis mox naſcetur. Ideòque non tanti erit Parentes ſolos procripſiſſe; niſi inſupèr & Natos, & Semina etiam ipſa radicitùs extirpentur, & ejiciantur. Hocque optimè fiet, ſi poſtquam Aſcarides jàm diſparuerunt, non ſtatim a Remediis abſiſtamus; ſed tertiis quartiſve diebus per aliquot vices: ac deinde ſemel in Hebdomade hujuſmodi deturbantia Enemata repetamus. Quod nemo Authorum hactenùs notavit.

Ex quo hæc mea ſcripſeram, inter Authores evol vendos, ſequentia inſperatò reperi.

Quotieſcunque utebatur patiens pharmaco purgante, Vermes egerebat, miſto ſemper glutine pituitoſo variis ſeminibus quæ piſcium minorum oculos refe-

rebant

rebant; ex quibus quotidiè haud dubiè germinarentur. Freitag. Amor. Chym. cap. 37. 360.

Id minimè ſilentio prætereundum judico, ad conſumendam Omnem Aſcaridum materiam; delendam Inteſtinorum proprietatem; nec non præcavendum ne malum redeat, detur Aloes ℈ j. ſingulâ quâque hebdomade Mercurial. Conſil. 13. p. 71.

Apud nos quinquagenaria, jam à pluribus annis, menſtruos patitur Aſcarides, quos (ubi minium verminant) promptè Clyſtere Abſynthite expellit. Narrat autem mihi ſe illis non tentari, niſi ſeptem primis diebus naſcentis Lunæ, de cætero quieſcere; ſed recrudeſcere circa novilunia malum; & venturos ſe præſagire, cum alvus ſtipari incipit.

Borrich. ap. Barthol. Act. med. vol. 4. cap. 46. p. 150.

Ex hâc narratione concludo hujuſmodi eradicans Enema ſingulis noviluniis injectum, & per aliquot menſes repetitum, probabiliter eos interempturum, exterminaturum, & funditus deleturum eſſe.

Finut ſuppoſitoria ex Lardo non ſalito, vel ex Caſeo veteri, contra Aſcarides in Inteſtino recto, quæ ipſis adhærent; & ſic extracto Suppoſitorio, ſimul extrahuntur, inquit. Etmull. in Schrod. c. 83. p. 1033.

*Enem. Anodyni* ℥ xj.

℞ Lectis Vaccini lib. ſs. Spir. Vini commum. ℥ iij. Ol. Aniſi ʒ ſs. Diaſcord. ʒ vj. m. tepidum injiciatur horâ ſomni; & totam noctem (ſi fieri poſſit) retineatur.

Inteſtina mucagine glutinoſâ oblinita, ideque refrigerata, & Spaſmis, flatibus, torminibuſque vexata,

calefacit, confortat, demulcet, & ad ſanam craſin reſtituit.

Liberalem hunc, & inſolitum Spiritûs Vini, & Oleorum Chymicorum uſum hic & alibi in Clyſteribus à me præſcriptum, Multi forsàn nunc ſeverè perſtringent, qui futurâ obſervatione, & felici ſucceſſu rectiùs tandem docti ex animo celebrabunt.

Noſcant illi hanc nec noſtram, nec novam eſſe praxin. Rondelitius (ante annos pluſquam ducentos natus) de Clyſteribus p. 895.) refert de Muliere graviſſimo dolore Coli tentâ, cui Vinum injiciebatur Hipprocraticum (quod Cinnamomum, Piper, Zinziber, Grana Paradiſi receperat) & paulo poſt curata fuit: & Sanchez (de Colico dolore p. 123.) conſulit Vini Aromatici Hippocratici lib. ſs.

Dr. Stubs (Philoſ. Tranſact. N. 37. p. 271.) refert Iamaicenſibus familiare eſſe ad Colicam bilioſam Enematis uti ex Spir. Vini communis lib. j. ſed exinde inebriatos, & furioſè debacchatos fuiſſe. Vnde ipſe nunquam ℥ ij. vel ℥iij. tranſgredi nunquam auſus ſum.

Quoad olea chymica Duretus (anno 1527 natus) hoc modo (de Colico dolore p. 410.) clyſter injiciendus ex Vino Malvatico, in quo Olei Iuniperini chymiſtici ℥ ſs. diſſoluta fuit, & mirificè prodeſt. Et Claudius Deodatus ſequens Enema cordatè proponit.

℞ Vin. Malvat. Ol. Nucum Iugland ā ℥ iij. Spir. Vini ℥ j. ol. chym. Iunip. & Rutæ ā ʒ ij. m. & miſtura calida immittatur.

N. B. ℥ ſs. Olei chymici per magna videtur quantitas; ipſe quidem raro ʒ ij. præſcripſi.

De Salibus volatilibus etiam res nova eſt, & praxis ferè inaudita: ſcribit verò Etmullerus, quòd in Epilepſiæ paroxyſmo, Salia volatilia cum clyſteribus injecta (tàm in Infantibus, quàm in Adultis (egregius

quidam

quidam Practicus, (non ſine experto ſæpè ſucceſſu) commendat.

*Enem. Apoplectici* lib. j.

℞ Rad. Pyreth. ℥ ſs. Herb. Rutæ Mij. Pulpæ Colocynth. (in nodulo) ʒ ſs. coq. in Aq. q. ſ. ad ℥ xij col. adde Infuſ. Croci Metall. ℥ iij. Tinct. Caſtor. ℥ſs. Ol. Succini, Sal. Gem. ā ʒ ij. m.

Si Colocynthis non includatur in nodulo, ſubtiliſſima ejus ramenta inferunt, & poſt ſe relinquunt horrenda tormina; quod non putaſſem, niſi experientiâ confirmatus fuiſſem, inquit Etmullerus.

In affectibus Soporoſis, Lethargo, Comate ſomnolento, Apoplexiâ, Paralyſi, &c. admodùm conducit. Si autem ſtatim ab injectione reddatur, ſtatim etiam reiterari debet: Non rarum enim eſt hiſce in morbis, Clyſmata fruſtrà & ſine effectu uſurpari, propter Inteſtina quaſi Paralyticè affecta.

*Enem. Balſamici* ℥ xiv.

℞ Iuſculi Inteſtinor. Vervec. ℥x. Vitel. Ov. N. ij. Balſ. Lucatel. ℥ j. Sevi ovini ℥ ij. m. Vſurpetur eo caloris gradu., ut Sevum non concreſcat.

N. B. Si Sevum bene ſubigatur ovi vitello, à concretione præſervabitur.

Inteſtina intus fovendo inungendo, & oblinendo, eorum Fervores. Corrugationes, Cruciatus, Eroſiones & Vlcuſcula, mulcet, compeſcit, ſanat. In Dyſenteriâ expetitiſſimum planè remedium.

*Enem. Carminativi* lib. j.

℞ Flor. Chamæm. Bac. Lauri ā ℥ ſs. Sem. Fœnic. dulc. Cymini ā ʒ ij. Coq. in Aq. q. ſ. col. ℥ xii. adjice Spir. Vini com. ℥iij. Ol. Oliv. ℥j. Ol. Aniſi ſtill. ʒij. m.

Ad

Ad Inteſtina debilitata, refrigerata, flaccida, pituitâ obducta, obſtructa, inflata, borborygmis, & doloribus cruciata; ſpeciatim ad Colicam flatuoſam, Hydropem & iſtiuſmodi Maraſmum, qui non a Febre Hecticâ, ſed a malâ Concoctione, & Diſtributione provenit, &c. perutile eſt.

Quò clariùs hâc de re mentem meam explicem, Dico Flatus, & Vapores res eſſe & materialiter, & localiter planè diſtinctas.

Flatuum Materia eſt cruda, & craſſa, flatulentæ Diætæ, pravæ Digeſtioni, aut utriſque ortum debens. Nuſpiam ferè reperiuntur præterquam in primis viis: & ſeſe manifeſtant præſertim mox a paſtu per læviculam Indiſpoſitionem, Oſcitationem, Abdominis Inflationem & Torſionem vagam. Si ſurſum tendant Ructus edunt: Sin deorſum Rugitus in Inteſtinis, & Tormina erratica concitant. Cùm vero viis præcluſis intra Inteſtinorum cavitatem incarcerati detinentur, magìs fixi fiunt, & unam præcipuè partem excruciantes. idem tunc ſunt ac Colica flatuoſa (*the VVind Cholick*) quæ dummodo viſcera ſint organicè ſana, malum haud adeò grave eſt, quin Paregoricorum, & Carminativorum adminiculo facilè ſuperetur.

Vapores (quos vocat Helmontius Gas Sylveſtre, inviſibilem, impalpabilem, & incoercibilem Spiritum; qui non ineptè forſan aſſimiletur illi Alæ ſalientis explodentis (*Bottled flyng Ale*) ad cujus partem volatilem efferam capiendam chymicus Alembicum fruſtrà applicaret.) Vapores, inquam, oriuntur à maximè volatili, acri ſucco Glanduloſo vitioſam fermentationem ineunte cum viſcosâ materiâ (non in canalibus Inteſtinorum, ſed eorum, & Meſenterii membranis; atque etiam ultimis & intimis quibuſcunque corporis receſſibus, ubicunque Arteriarum extrema illam depoſuerunt)

poſuerunt) atque ita Spiritus elaſticos ibi locorum inſitos, & influentes, in varias miras confuſiones, trepidationes, ſubſultus, & exploſiones adigente.

Hi furias agunt maximè vacuo ventriculo, longe à paſtu, ultimâ jam peractâ digeſtione: atque pro variâ materiâ loco, & ataxie rationæ (hactenùs non ſatis clarè & diſtinctè à quolibet Authorum perſpectis, & definitis) Affectiones vel Hyſtericas, vel Hypochondriacas (vulgò dictas) excitant. Hiſce in caſibus Evacuantia generaliter obſunt; & Enemata (vel etiam Carminativa) malum intendere ſolent: quod in proximè ſequentibus fuſiùs oſtendere conabor.

*Enem. Colici* ℥ xij.

℞ Vini Canar. Ol. Lini ā ℥ vj. Ol. Succini ʒ ſs. m. his addi poſſit Laud. liq. à gut. 40 ad 80.

In horrendis inteſtinorum cruciatibus, & pertinaci alvi aſtrictione, plurimùm auxiliatur, quatenùs ſcillicet membranoſam viscerum ſubſtantiam confortat; fibrarum corrugationem tollit; Flatus diſcutit; Fæces emollit, & Inteſtina exonerat. Et propterea Colicâ flatuosâ affectis ut plurimum; & Biliosâ ſæpe ſuccurrit.

Hyſtericâ verò laborantibus (niſi fuerint Inteſtina fæcibus valdè refercita; morbus admodum levis, & adhuc dum in primo principio) Enemata univerſaliter ſunt vitanda; quippe teneras, laceratas, dolentes membranas divexant; Convulſivas Torſiones reduplicant; malum efferatius, domituque obſtinatius efficiunt; & aliquando eouſque evehunt, ut planè funeſtum reddant.

Quandoquidem hanc rem ritè dignoſcere Tyronum maximoperè intereſt, fuſius quam cæteroquin ſoleo eam explicare ſatagam.

Quem-

Quemadmodum nil de Variolis ante Medicos Arabes ſcriptum invenimus; nec quicquam de Rachitide ante Gliſton, & VVhiſtler: & Romani ne nomine tenus Colicam cognoverunt (teſte Plinio Nat. Hiſt. lib. 26. c. 1) antequam Tiberius Cæſar illam ſenſit; Sic nos de Colicâ Hyſtericâ nuſquam vſpiam legimus, audivimuſve, donec oculatiſſimus Sydenham illam detexit, & de ſcripſit: ideoque quicquid alii quotquot Anteceſſores de Colicæ curatione ſtatuerunt, minimè ad hanc Colicæ ſpeciem propiè referenda eſſe jure merito exiſtimandum eſt.

Non me latet Car. Piſonem ſententiam ſingularem protuliſſe (Anno 1618) de Colicâ quod eſſet Nervoſa; & noſtratem VVilliſium ſimilem ferè Hypotheſin procrudiſſe; & ætiologiam ejus accuratiùs inveſtigaſſe; & ingenioſe exornaſſe: confitendum tamen eſt, neutrum horum adeo claram habuiſſe ideam hujus Spiritualis Colicæ, ut ſpecificè interſtingueret ab illâ alterâ Humorali; & conſequenter propriam præciſam, & adæquatam curandi methodum nec deſignaſſe, nec deſignare potuiſſe.

Non potuerunt inquam: ſed hoc præclarum inventum ſoli reſervabatur immortali Sydenhamio. Ille primus è tenebris eruit; Ille graphicè deſcripſit: Ille diſtinxit, & adeo eſſentialiter diſtantem à Bilioſâ determinavit, ut ea ipſiſſima methodus, quæ aliam cicuret, alteram exaſperet, & ferociorem reddat.

Et quia Ille unicus extat Author (quantùm novi) qui hanc Provinciam ſuſcepit & ornavit; ſummam eorum quæ paſſim ſparſit, compendioſè colligere, & huc transferre non inutile opus eſſe duxi.

Priùs verò mihi detur. Paragraphum quendam ſatis notabilem ex L. Dureto petere: totum Seculum ante Sydenham ille floruit: & ob craſſam caligantis iſtius,

ævi Ignorantiam, ad perfectamrei notitiam perveni-re nequivit: at verò laudabiles (tùm quoad Theoriam, tùm praxim) progreſſus fecit; admirationemque & gratias poſterorum meruit.

Super Hollerium lib. 1. c. 41. p. 407. hæc habet. Aliquando dolor Colicus prænuncius eſt Authritidis & Paralaſis: aut Tranſiatione materiæ ad ſuperiores partes; aut temerariâ Curatione: Vt ſi Clyſteres materiam diſcutientes primò injeceris. Nam ſi innaſcatur dolor Colicus a repentinâ collectione materiæ, & injiciantur Clyſteres Carminativi, fit Diſſeminatio materiæ.

Per Superiores partes liquet eum nil intelligere poſſe præter Cerebrum, & (ejus Appendices) Nervos.

Per repentinam Collectionem materiæ, procul dubio adumbravit (licet hanc rem clarâ, & diſtinctâ luce pervidere haud potuit) Ataxiam Spirituum, quorum ſpaſmodici impetus æquè ſunt repentini ac Pulveris pyrij exploſio; aut Fulguris micatio.

Et in tale (ſc. Convulſivâ) Colicâ. Clyſterum Carminativorum injectionem, temerariam eſſe curationem, ſive malam praxin diſertè pronunciat; atque rationem ſubdit, quia Materiam morboſam diſſeminant; id eſt, è Viſceribus in Cerebrum aut Genus Nervoſum (unde Paralyſis aut Arthritis) propellunt. Sed ad Sydenham accedo.

Epiſt. ad Cole p. 141. Satis conſtat omnem hunc Morbum ad Spiritus Animales non ritè diſpoſitos referri debere; nec a Semine, aut Sanguine menſtruo corruptis, & habitus malignos in partes affectas elevantibus produci; nec a ſuccorum neſcio quâ perverſâ depravatione; ſive etiàm humorum acrium congeſtione; ſed a Spirituum Ataxiâ.

Si fomes morbi in materiâ deliteſcerit; tunc Evacuantia ad affectus hoſce præcavendos potiùs facerent, quam ad eoſdem accerſendos: cum è diverſo, non alia cauſa ità conſtanter pariat hujuſmodi Affectus, ac ſolent Evacuationes.

De Morb. Acut. p. 228. Venæſectio, & repetitæ Purgationes (quæ in Colicâ Bilioſâ incipiente apertiſſimè indicantur) hic locum non habent (niſi fæminis Sanguinis & Humorum copiâ oppreſſis) Docet enim Experientia, & exaſperari dolorem, & invaleſcere Symptomata omnia, à tumultu quem iſta cient, adjuta. Atque adeò plus ſemel animadverti Enematùm, vel leniſſimorum, repetitionem, continuam Symptomatum ſeriem invexiſſe. Experientiæ Ratio etiam aſtipulatur, quæ morbum hunc a Spirituum potiùs *ataxia* quam humorum vitio aliquo produci dictabit, &c.

Nulluſque dubito Morbum hunc qui licet acerbiſſimum dolorem; nullum tamen vitæ diſcrimen apportat (ob errores hoc nomine) id eſt ob Evacuantia data, & Anodyna neglecta commiſſos, lethalem ſepenumerò evadere.

Epiſt. ad Col. p. 167. Affirmo Evacuationes ſæpe repetitas) quæ quidem in Colicâ Bilioſâ omninò indicantur) Dolorem, Vomitumque non ſolùm non compeſcere, ſed irritare magìs; ſpirituum ſc. Perturbationem (quæ vera horum Symptomatum cauſa eſt) promovendo. Tandemque malum ad menſes aliquot prolongatum, metaſtaſi derepentè in Cerebrum factâ, deſinit in Spaſmos, à quibus ægra brevì è medio tollitur.

Ità graviſſimus expertiſſimuſque vir repetitam Sanguinis miſſionem, Emetica, Cathartica, & Enemata, abſolutè prohibet; & Anodynis rem totam confici

debere

debere conſtanter aſſerit ; Rationemque Experientiæ aſtipulantem adducit.

*Enem. Communis* lib. j.

℞ Decocti Clyſterſantis ℥ xij. Syrupi è ſucco Senecionis (vel è Spinâ Cerv.) Butyri ſaliti ā ℥ j. Sacch. culinar. ℥ j. Ol. Aniſi gut. viij. m.

Ad Inteſtina (præſertim craſſa) eluenda ; eaque flatibus, & fecibus exoneranda.

Vſus Clyſterum maximus eſt, dummodò rectè adhibeantur, quod præter cætera fieri debet habitâ legitimæ collocationis ægrotantis ratione. Vt autem demonſtremus in quodnam latus æger decumbere debeat, conſiderandus eſt Situs Coli Inteſtini, quod oritur à Cræco ad dextrum Renem, & ad Iecoris cavum vergens reflectitur, & convolutum. Sub Ventriculo fundo progrediens ad ſiniſtra, Lieni accumbit, moxque in poſteriora vergens, ad ſiniſtrum Renem deſcendit, cui alligatum eſt, ibique multò anguſtius quàm in reliquis partibus efficitur, celluliſque caret : poſtea deſcendit ; & quum duos gyros fecerit, in Rectum deſinit Inteſtinum.

Ex his perſpicuum eſt, ægrum in dextrum latus eſſe collocandum ; quum alioquin ſi in ſiniſtrum latus depoſitus ſit æger, tota moles viſcerum, tum Rectum Inteſtinum tum maximè poſtremam partem Coli (quæ ſub Splene deſcendit, & ad Renem ſiniſtrum annectitur) comprimat, adeò ut Clyſter ulteriùs ad capacitatem Coli progredi nequeat : ſed in duobus inferioribus gyris Coli remaneat, nec diutiùs retineri poſſit. In dextrum verò latus decumbente ægro, Clyſter facilè uſque ad reflexionem ſub Liene, deindè ſine obſtaculo uſque ad Valvulam ducitur. Atque ſic æger quum diutiùs clyſterem retinuerit, majorem

quoque

quoque inde fructum percipiet. Hildan. Cent. 1. Obſ. chir. 77. p. 56.

*Enema Confortans.*

℞ Vini Canar. lib.ſs. Diaſcord. ℥ſs. Vitel. Ov. N. ij. m.

Dimidiatâ tantùm quantitate præſcribitur, quia diu intra corpus retineri debet. Quod Iulapia Cardiaca ſunt Ventriculo; idem & Inteſtinis hoc eſſe Enema jure putandum eſt; Illa enim tantopere refocillat, ut univerſali exinde factâ exultatione, tota Spirituum Syſtaſis ad munus ſuum defungendum alacrius; & quodcunque noxium reperitur eliminandum, ſtrenuius exſuſcietur. Præter multos alios uſus, in Febribus malignæ notæ, egregiè proficuum eſt, idque non eo ſolùm nomine, quòd Spiritus vacillantes ſublevat; ſed etiam quòd Viſcera ipſa defendit, & Miaſmatis radios à Centro, ad corporis circumferentiam pellit. Novi quendam Practicum, qui nonnunquàm hoc Clyſma in ipſis etiam Variolis, ad Expulſionem promovendam, Præſcribere ſolebat: hujuſmodi verò praxin rarò in uſum ducendam eſſe arbitror; quia hicce inflammatorius morbus ſæpiùs fræno, quàm calcaribus indiget.

*Enem. Corroborantis* ℥xij.

℞ Herb. Abſinth. ſicc. Centaur. min. ā Mj. Fl.Chamæm. Bac. Lauri ā ʒiij. Coq. in Iuſc. Capit. Ovin. q. ſ. col. ℥x. adde Spir. Vini com. ℥ij. Ol. Tereb. & Iunip. ā ʒſs. m.

Velut fotu interno, Inteſtinorum calorem, revocat, & vigorem reparat; Fibras laxatas reſtituit, Spiritus fatiſcentes reficit; Pituitam craſſam detergit; Flatus diſcutit; & Dolores ſedat.

*Enem.*

*Enem. Dulce.*

℞ Lactis Vacin. recent. ℥vj. Theriacæ Ianuenſ. ʒij. m.

Ante uſum Enematis amari; Quando Vermes latitant in Inteſtinis tenuibus; dumque morſicando, & erodendo, Ventris torſionem excitant; commodiſſimè in uſum accenſetur hic Clyſter. ad Lac enim ſe convertent Vermes, utpotè dulce, & ſibi gratum; atque ita à morſibus deſiſtent; è latibulis prodibunt; inferiora verſus ſerpent; & ad exitum per ſedem diſponentur.

*Enem. Emollientis* lib. j.

℞ Lactis ℥x. Ol. Chamæm. ℥iij. Mel. Mercurial. Sacch. rub. & Extract. Caſſiæ â ℥j. Ol. Aniſi ʒſs. m.

Fæces induratas, & conglobatas emollit; Alvumque lubricat, ſubducitque.

In quibuſdam (inquit VVillis) Col. tunica interior adeò valde tenera, & ſenſilis eſt, ut ab Enemate (licèt Anodyno) injecto, Spiritus, ſtatim excandeſcentes, ãc intra fibras nervoſas exploſi, Membranas ſummè inflent ac diſtendant; adeoque in toto Abdomine maximas moleſtias excitent.

*Enem. Febrifugi* lib. ſs.

℞ Cort. Perv. ſubtil. pulv. ℥ij. coq. multiplici coctione. in Aq. font. donec redeat ad lib. ſs. col. turbidæ adde Diaſcord. ℥ſs. Ol. Aniſi gut. j. m.

Si ſatis diu retineri nequeat, incoquend. erit Cort. Garanat. vel Balauſt. ℥ſs. & col. adjici poteſt Aq. Cinnam, ad ℥ij.

Ad Febres cujuſcunque ſortis Intermittentes profligandas, Patientibus Medicamenta aſſumere reſpuentibus; Pueriſque moroſis (minori doſi) Hæcce decocta

cocta Clyſterum more uſurpatâ egregie profuiſſe ſæpè comperimus: ſed Pueris certiùs opem ferre quàm Adultis ſæpenumero obſervavi.

Modus uſurpandi eſt, ut ſtatim à Paroxyſmo finito injiciatur; eoque depoſito, alterum ſtatim immittatur; idque toties quoties repetatur; ut Inteſtina à Paroxyſmo ad Paroxyſmum ſemper eo imbuantur, donec Febris abigatur.

Helvetius Pariſienſis qui de hâc Corticis uſurpandi methodo librum conſcripſit, & Regis juſſu (ut ait) edidit, hoc modo preſcribit.

℞ Cort. Peruv. pulv. ℥j. Aq. tepidæ lib. j. m. & injiciatur ſtatim a finito Proxyſmo: atque tèr de die repetatur, donec ceſſerit Febris.

Deinde (Morbi recidiva ut præcaveatur) adhibeatur remedium mane, & veſp. per ſextiduum.

Denique (quò Curatio perfectè abſolvatur) in corpus admittatur quotidie mane per ſex etiam dies.

Si ſatis diu retineri nequeat, ſingulis clyſteribus admiſceatur ſyr. de Mecon ℥j.

*Enem. Hyſterici* lib. j.

℞ Rad. Ariſtoloch. rot. Bryoniæ albæ ā ℥ſs. Herb. Rutæ, Matricar. Puleg. Fl. Chamæm. á Mſs. coq. in Aq. q. ſ. col. lib. j. diſſolve Aſæ fœt. ʒj. Ol. Succini ʒij. Sacch. rub. ℥j. m.

In ipſo Paroxyſmi articulo poteſt injici, ad Spirituum *ataxian* potentiſſimè reprimendam.

*Enem pro Infantibus*

℞ Lact. recent. ℥iij. Ol. Amygdal. dulc. Syr. Viol. ā ℥ſs. Ol. aniſi gut. xij. m.

Emollit, laxat, Flatus diſcutit, Dolores ſedat.

*Enem.*

*Enem. Laxantis* lib. j.

℞ Iuſculi Pulli ( vel carnis Vitulinæ ) ℥xii. Ol. Olivar. Sacch. culin. ā ℥ij. Ol. Aniſi ʒſs. m.

Inteſtina confortat ; Fæces emollit ; Flatus diſcutit ; Alvum laxat.

*Enem. Lenientis* lib. j.

℞ Lactis ℥x. Mucilag. Sem. Pſyllii , & Cydon. (Aq. Papav. errat. extract. ) ℥iij. Vitel. Ov. N. ij. Diacod. ℥ij. m.

Locum habet quando humorum bilioſorum acrimonia Inteſtina vehementer ſtimulat , vellicat, pungit, rodit. Acorem enim obtundit ; Membranas mucagine oblinit ; & Spiritus irritatos compeſcit.

*Enem. de Malicorio* ℥viſs.

℞ Cortic. Granator. contuſ. ℥ſs. Flor. Balauſt. ʒj. coq. in Lact. q. ſ. col. ℥iv. adde Spir. Vini com. (vel Aq. Cinnam fort. ) ℥ij. Diaſcord. ʒvi. Ol. Nuc. Moſc. gut. vj. m. Addi poteſt Laud. liqu. q. ſ.

Vt diutiùs , & faciliùs retineatur ( quod maximi eſt momenti ) ſtatim atque injicitur , Anus foveatur Decocto aliquo Aſtringenti ; aut ſaltem linteis calefactis ; & quamprimùm ſomno ſe tradat æger. Forſan etiam è re eſſet in Latus dextrum decumbere : ità ſiquidem Colon non omninò premeretur ſub pondere cæterorum Inteſtinorum.

Præ cujuſvis ferè generis aliis Aſtringentibus , valet hoc ad ſiſtendam iſtiuſmodi Diarrhæam , quæ ſine torminibus accidit ; & non tàm à materiæ copiâ , aut acredine , quàm ab Inteſtinorum Laxitate , & Lubricitate pendet.

Enem.

*Enem. Nutrientis* lib.j

℞ Iuſcul. Inteſtinor. Ov. ℥x. Vitel. Ov. N. iij. Vini Canar. ℥iij. Succi Chermes ℥ſs. m.

Aliqui negant hujuſmodi dari Enemata verè Nutrientia: In contrarium verò ſententiam ipſe propendeo, 1. Quia Colon habet vaſa Lactea, licet pauca. 2. Sæpiùs notavi, Enema de Malicorio injectum 24 horas, & ultra, retineri; & proximam ſubſequentem dejectionem omninó ſolidam fuiſſe. 3. Petrus Borellus (Cent. 1. Obſ. 56.) vidit quandam Clyſtere è Vino injecto inebriatam fuiſſe. de quâ re videantur Philoſ. Tranſact. N. 37. p. 271. 4. Apud Hildanum (Cent. 4. Obſ. 30.) Mulier per ſex hebdomadas, nihil ferè per Os aſſumebat; ſed Clyſterum beneficio ità fuit nutrita, ut Gravida ad conſtitutum tempus Fœtum geſtaverit, feliciterque peperit. Plura poſſem ejuſmodi proferre, ſed hæc abundè ſatis ſufficiant ad probandum dari Enemata Nutrientia.

*Enema Oleoſum Amarum.*

℞ Ol. Lini ℥vj. Colocynth. ʒiſs. f. levis ebullitio, & colatura.

Rulandus hoc Clyſtere Vmbilicum benè inunxit; & reliquum per Siphunculum injecit cuidam Iliacâ Paſſione miſerè cruciato, cum præſenti levamine. At verò non temerè imitandus eſſe videtur, nè ſursùm exprimatur Enema in Ventriculum, & Vomitionem (quæ ante fuit longè enormis) adeò intendat, ut Mortem planiſſimè acceleret. Nihilominùs autem, antequam Colica in Iliacam paſſionem tranſiverit; ubi Alvus obſtinatè occluditur; nec tamen motus Periſtalticus (de quò vid. ſuppoſitoria) penitùs jam invertitur, ſubinde proficuum hoc fore remedium arbitror.

Si

Si Colicæ ſedes ( quod frequenter accidit ) altiòr ſit. nempè in Ventriculo ipſo, vel Inteſtinis tenuibus: Tunc Enemata, uſque licet efficacia ( ſi quidem eorum vis non eò penetrare potis eſt ) parum, aut nihil opis afferre ſolent; quid quod & crabrones irritant, morbumque diuturniorem reddunt.

Namque ab alvi fæcibus ( plenitudine, pondere, & acrimonia prementibus, & aggravantibus ) maximè fit, quod Inteſtinorum protuſio vermicularis incitatur, & deorsùm determinatur: Si ergo eveniat tu Clyſterum miniſterio evacuentur iſta ſolummodo Inteſtina quæ nodo Colico ſubſunt; tunc liquet ea jam exonerata, & indolentia periſtalticum motum deorsùm ſollicitando minimè ſatagere: & è contra, ea ſupra ſpaſmum torminibus exquiſitè laceſſita vi ſursùm atrahere, & exploſivè convellere; atque eo nomine Affectum ante nimis acrem, plurimum intendere & pertinaciorem reddere.

Hiſce concinit Sennertus ( de Dol. Colico p. 881.) Si Clyſteres ( quod ſæpè accipit ) nihil proficiant; & materia in ſuperioribus. Inteſtinis hæreat; in Clyſterum uſu, diu non perſiſtendum, cum facultatem expultricem ſegniorem reddant; ſed ſatius eſt leni aliquo alvum laxante medicamento uti, quod tamen reliquum corpus non moveat.

Obſervatum eſt, cum æger quidam tringinta Clyſteres ſine fructu accepiſſet, alium Medicum Mannæ ℥iſs. cum Olei Amygd. dulc. ℥ij. in Iuſculo Gallinæ pingui exhibuiſſe; & ægrum a dolore liberaſſe.

Et Crato ( Conſil. 10. p. 85. ) Clyſteria, ſi malum ſupra Vmbilicum ( potiùs ſupra partem Colicè affectam ) eſt, parum juvant. Dum Obſtructiones in ſuperioribus partibus ſunt, parùm materiam attingunt, & ſæpè uſurpata Incommodum afferunt.

Veteres in Ileo, quando Inteſtina a copioſo ſtercore erant repleta (unà cum præſentiâ flatuum) applicato folle, ventum copioſum in Inteſtinum injecerunt; ut ab injectis flatibus inteſtina diſtenta abſcendant a ſcybalis iiſdem impactis; & ſeparata faciliùs per Clyſmata, vel alitèr poſſint elici.

Sic in hoc morbo operandum ſuadet Hippocrates lib. 3. de Morbis, cap. 15. quem legere ne piegat oro, inquit Amat. Luſit. Cent. 1. Cur. 100. in fine. de his Conſul. Epiphan. Ferdinandi Hiſtor. 74. p. 220.

Quidam Neoterici (præ ſimplici hoc per follem flatu) Clyſmata ex fumo Tabaci, in Iliacâ, Colicâ convulſivâ, obſtructione alvi, & Affectibus flatulentis, tanquam præſentiſſimum remedium commendant, Sydenham (ſched. monit.) hoc Enema omnium quæ illi innoteſcunt hactenus, efficaciſſimum eſſe ducit.

Verùm Bartholinus obſervavit Clyſma ex Decocto Tabaco paratum mirè turbaſſe corpus; ac Convulſiones, ſudores frigidos, aliaque maxima mala induxiſſe. Id quod & Etmullerus Clyſma ejuſmodi aliquando, tentandi gratiâ præſcribens in praxi ſuâ, expectus fuit, quæ tamen omnia, poſt hauſtum vini calidi generoſi evanuerunt.

*Enem. è quatuor Oleis* ℥xiv.

℞ Ol. Lini. Ol. Chamæm. ā ℥vj. Ol. Scorpion. ℥ij. Ol. Terebint. ʒij. m.

Commodè præſcribitur contra Calculum, & Arenulas, in ipſo Paroxyſmo: Vias enim lubricat; Viſcerum ſpaſmum diſſolvit; Fæces induratas emollit; Inteſtina (Renes, Vreteres, Veſicamque comprimentia) exonerat; ſicque minori cum difficultate, & dolore, Calculos, Arenulas, ſaburramque glarealem deſcendere, & evacuari permittit, & cogit.

*Enem.*

*Enem. Purgantis* ℥xv.

℞ Decocti Clyſteriſ. ℥xij. Miſt. Clyſteriſ. ℥iij. m.

Quidam ad majorem irritationem, clyſteribus addunt Fel Tauri inſpiſſatum, ad ʒj. vel ʒij. Riverius Aq. Benedictæ (ſive Infuſ. Croci Metalli) ℥iv. præſcribit.

Titulus uſum apertè indicat.

Prout mea fert Opinio, Clyſteres poſſunt (non obſtante Coli valvulâ) expurgare non tantùm Rectum, & Colon; ſed & ſuperiora quoque cuncta Inteſtina. Quippe Motus Periſtalticus in Inferioribus excitatus, & inceptus faciliimè poteſt, & ſolet uſque ad Pylorum ipſum continuari: atque eo modo deorsùm ſollicitentur, & exprimantur excrementa per totum tractum Inteſtinalem: præſertim iis qui facilioris ſunt Purgationis; id eſt qui Inteſtinis donantur facilè irritabilibus.

*Enem. Refrigerantis* lib.j.

℞ Emulſ. Commun. ℥xij. Ol. Lil. ℥iv. Sal. Prunel. ℈ij. Sacch. Saturni ℈j. m. tepidè injiciatur.

Conſultò preſcribi poteſt, quoties Bilis valdè acris, & copiosè ſuffuſa, Inteſtinis fervorem, doloremque excitat: uti in Cholerâ morbo, aliquibuſque in Febribus.

Sunt qui frigidos actu Clyſteres immittere auſi ſunt; ſunt & qui hujuſmodi praxin damnat. Sed Ventriculus qui longè exquiſitoris eſt Senſûs, hauſtus frigidos, imò glaciales perferre poteſt: Cur non ergó itidem & inteſtina? Hoc verò cùm inexpertus ſum propono, non ſuadeo.

*Enem. Saponacei* lib.j.

℞ Herb. Malvæ, Virg. aur. ā Mj. Bac. Iunip. Lauri, Sem. Dauci ſylv. Petroſel. ā ʒij. coq. in Aq. q. ſ. col. ℥xij. diſſolve Sapon. Caſtil. ℥ſs. Ol. Chamæm ℥j. Ol. Aniſi ʒij. Syr. Viol. ℥ij. m.

Potenter flatus diſcutit; Fæces induratas emollit; Inteſtina evacuat; Vias Vrinarias lubricat; Arenulas pellit: ideoque calculoſis præcipuè dicatur, & ſummè commodum uſu reperitur.

*Enem. Somniferi* ℥viij.

℞ Opii gr. viij. diſſolve in Aq. Papav. errat. ℥vj. & adde Diaſcord. ℥ſs. Vitel, Ov. N. j. m. injiciatur tepidè horâ ſomni.

Cûm in Acutis, aliiſque Gravioribus morbis, Vigilæ (vel ex Doloris vehementiâ, vel Humorum nimio æſtu, vel Spiritum irrequie) adeò invaleſcunt, & vires fragunt, ut Opiata ampliùs tutò Ventriculo committi nequeant; Nè Natura omni auxilio deſtituatur, Authores ſuadent immiſcere Opiata Clyſteribus. Sic Sennertus (de Phrenit.) In ſummo virium lapſu, ubi Opiata non commodè interius aſſumuntur, Clyſteribus ea admiſcenda. monet. Ea Riverius (de Phrenit) pronunciat, quòd Laudanum Opiatum etiamnùm in Clyſteribus uſurpatum, ſatis potentèr, & tutiùs ſomnum conciliat, quàm per Os exhibitum.

At verò curent Tyrones, ne nimii ſint in Opiatis; cum Platerus (qui primus ſub ſcamno rejectum reſtituit Opium, & dixit ſemimortuum Opii uſum ſe reſtituere velle) ipſe Obſerv. lib. 1. pag. 136. refert de Sene Nephritico, cui cum ad dolorem ſedandum Opium in Clyſtere miniſtraſſet, linguæ ſtuporem, & Balbutiem pro tempore induxit.

Et

Et Salmuth (Cent. 3. Obſ. 97.) meminit de Comate Somnolento ab Opii ʒj. in Enemate diſſolutâ illato; & per aliud Enema ex Vino Malvatico curato.

*Enem. Terebinthinati* lib.j.

℞ Vrinæ ſanæ (vel Lactis, pro re natâ) lib.j. Terebinth. Ven. ℥j. Vitel. Ov. N. ij. Ol. Aniſi ʒj. Theriacæ Ianuenſ. ℥j. m. ſ. a.

Optimè ingreditur Vrina, quæ cùm nuper Corporis hoſpes fuerit, nunc quoque amicè recipiatur, & Bilis vicem facilè impleat. Bilis enim ſalem, & Vrinæ eundem eſſe jàm à Pecqueto, viſum, & Helmontio; uterque certè Nitroſus eſt.

Terebinthina (Balſami Septentrionalis titulo jure merito honeſtata) in Enemate ſoluta, Inteſtina exonerat, confortat, ſanat.

Et mullerus refert Clyſmata Terebinthinacea injecta, & diu retenta talem in Vrina texturæ alterationem efficere, ut illa Violas ſpiret.

Hinc liquet eam à Sanguine Venoſo acceptam, & (illibatis ferè viribus) cum eo per totum Corpus, ejuſque vel minutiſſimos meatulos circulatam, & diffuſam, Materiam morbificam aut ſtagnantem amovere; aut ſalſam acrem acidam, putridam viſcidam, fæculentam, aliaſve degenerem, ad meliorem craſin inclinare, & perducere: Sanguinemque & Succos à copulâ heterogeneâ extricando, & per Diureſin exterminando emendare.

Deinde (quoad partes ſolidas) Fibras, Nervos, Glandulas, Vicera, Vterum, Renes Veſicam, viaſque urinarias &c. perluſtrare deobſtruere, abſtergere; atque litu, & afflatu Balſamico recreare, obfirmare, & reſarcire.

Opem

Opem promittit ergo, in Ventris torminibus, Colicâ humorali. Diſenteriâ, Phthiſi, aliiſque morbis Thoraciis; Affectibus à Nervorum vel oppilatione, vel laxitate ortis; Cachexiâ Hydrope, Vlceribus Vteri, Renum, Veſicæ, & quibuſcunque internis: etiam ad Calculi præcautionem, Arenulas & Mucum expurgandum: in Vrinæ obſtructione, Dyſuriâ, Fluore albo, & Gonorrheâ.

*Enem. ad Tormina* ℥v.

℞ Cretæ albæ pul. ℥ſs. Herb. Rutæ, Fl. Chamæm. ā Mſs. f. decoct. in Aq. lib.ſs. col. turbidæ ℥iv. adde Tinct. Caſtor. Diaſcord. ā ʒij. Syr. de Mecon. ℥ſs. Ol. Aniſi gut. x. m.

Acidum corrigit; Inteſtina confortat; Flatus diſſipat; Dolores ſedat; Spaſmos tollit. Puerulis vel Dentitione difficili, vel Humorum acrimoniâ (conflictantibus) apprimè convenit: nempè quando Dejectiones virides, & torminoſæ, Vigiliæ, Inquietudines, Suffoſiones erraticæ febriles, &c. adſunt, & Convulſiones intentant.

*Enema ad Verboſco* ℥xv.

℞ Herb. Cicutæ, Hyoſcyami ā Mj. Verbaſci, Flor. Sambuci ā Mſs. coq. in Aq. ferratæ q. ſ. col. ℥xij. diſſol. Vitel Ov. N. j. Ol. Lini ℥ij. Ol. Succini ʒſs. Balſ. Sulph. ʒij. m.

Hæmorrhoidum internarum Tumores diſcutit; Dolores efficaciſſimè demulcet; Vlcuſcula ſanat; Sanguiniſque affluxum inhibet.

*Epithema Aluminoſum.*

℞ Alum. uſti pulv. ℥ſs. Mellis Roſ. q. ſ. Nuc. Moſc. pul.

pul. ʒj. m. Extendatur ſuper chartam, & linteo apto alligetur ſuper genam affectam.

Odontalgiæ inſcribitur; & locum ſortitur, ubi cauſa doloris non eſt Dens carioſus, ſed Humor acris totam maxillam afficiens, Humorum affluxum concitans, & Inflammationem inferens: potentiſſimè enim repellit.

*Epithema Anodynum*

℞ Spir. Vini com. ℥iv. Camph. ʒſs. Opii ʒii. diſſolve.

Partes Nervoſas confortat; Spiritus excandeſcentes placat; Altè penetrat; Poros aperit; Materiam dolorificam attenuat diſſipat, obtundit, & per Diaphoreſin evaporare cogit, Vſui eſſe poteſt in Iliacâ Paſſione.

*Epithema Avicennæ.*

℞ Cinerum è Ligno ℥ij. Aceti ℥viij. miſce in formâ Lixivii, in quo colato intingantur panni lintei; expreſſique Capiti aplicentur.

Ad Pericranii affectiones frigidas.

*Epithema de Calce.*

℞ Calcis ℥ij. Mellis liquid. q. ſ. f. Miſtrua ſ. a. Vnguenti formâ ſuper alutam extendenda, parti affectæ applicanda & quoties exaruerit renovanda.

Cautiſſime, & artificiosè debet admiſceri; aliter enim (præſertim ſi Calx recens fuerit calcinata, & viva) in bullas & grumos faceſſet: Aliquando Saponem vulgarem addere ſoleo.

Experimentum eſt egregium, & probatum contra dolores Scorbuticos Rheumaticos. Nunquam adhuc tentatum novi in Arthritide verâ; ſed valdè proficuum fore totus credo. Valet etiam adverſus Perniones.

Epi-

*Epithem. Cephalalgici* lib.ſs.

℞. Aq. Roſar. rub. ℥iv. Aceti Roſ. ℥ij. Ol. Roſ. ℥j. album. Ovi. N.j. m.

Huic Mixturæ linteola duplicata immerſa, imbutaque frigidè admoveantur Fronti, & Temporibus, mutando quoties exaruerint.

Ad Capitis dolores ardentes, pulſatiles; Vigilias; & Deliria, in Febribus non malignis.

*Epithem. Cordialis* ʒx.

℞ Aquæ Reginæ Hungar. ʒvj. Sp. Lavend. comp. Sp. Croci ā ʒij. Balſ. Apoplect. ℈j. Ol. Garyoph. gut. x. m.

Adverſus animi deliquia, & Cordis Palpitationem aptè præſcribitur: Hyſtericis verò parùm convenit, ob odoris ſuavitatem iis odiosè infenſam.

*Epithem. Frontalis Aquei* lib.ſs.

℞ Camph. gr. viij. Aceti ℥j. Aq. Roſ. rub. ℥vii. m.

Ad Vigilias, Capitis dolorem, & Delirium in Febribus, ex ſanguinis fervore, & rarefactione (non verò ex Spirituum oppreſſione, & confuſione in febribus malignis, quòd acriter diſtinguendum eſt) oriundum.

*Epithem. Frontalis Lactei* ℥ij.

℞ Lact. Muliebr Album. Ov. conquaſſ. ā ℥i. Opii ℈ſs. Camph. gr. v. m. & frigidè admoveatur.

Vires æmulatur ſuperioris, niſi quòd minùs Sanguinem refrigerat, & magis Spiritus conſopit.

*Epithema de Sacchare Saturni.*

℞ Aceti lib.ſs. Sacch. Saturni ℥j. m.

Huic

Huic immergatur petia lintea dupla, frigidè Cordis regioni applicetur, & quoties tepeſcet renovetur. Experimentum eſt mirabile (inquit communicator) contra Naurium Hæmorrhagiam. Primò (ob frigus impreſſum) horrorem leviculum incutiet; & mox effluxum (uſque licet profuſum,) certiſſimè cohibebit.

*Epithema Saponaceum.*

℞ Spir. Lumbricor. Magiſtral. ℥vj. Spir. Cochlear. ʒij. Spir. Sal. Armon. ʒvj. Sapon. Ven. ℥iſs. Camp. ʒvj. Opii ʒj. Croci ʒſs. digere aliquot dies, & cola.

Summo eſt Arthriticis ſolatio; Namque partem affectam (abſque ullâ Repulſione) roborat; Criſpationem fibrarum cruciantem retorquet; Spiritus ferocientes placat; Spicula ſalium obtundit; Ichorem dolorificum diſſipat, & per tranſpirationem educit.

Io. Conr. Rhumelius ferè centum abhinc annos, hoc modo conciſè præſcripſerat.

℞ Sapon. Ven. ℥ij. Camph. ã ʒij. ad ℥ſs. Sp. Vini q. ſ. ſolvantur, & ad tempus digerantur, & ſeparatis fæcibus, reliqua ad uſum ſerventur, ac cum linteis parti dolenti applicentur.

*Epithem. Stomachicum.*

℞ Spir. Vin. Camphor. ℥iv. Ther. Andron. ʒij. ol. Garyoph. gut. xvj. ol. Nuc. Moſc. gut. viij. ol. Ment. gut. iv. ol. Aniſi, Abſint. ã gut. ij. m.

Ad Ventriculi frigiditatem, & laxitatem: ad Nauſeam, Vomitionem, Dolorem.

*Errhinum Chymicum*

℞ Turb. miner. ℈ſs. Glycyrrh. ʒſs. Nuch. Moſch. ℈j. Ol. Roriſmar. gut. ij. m. f. pulv. cujus pauxillum in nares inſuffletur.

Errhina

Errhina in uſus duci debent ?, præcipuè matutino tempore , frigus cavendo : ſed ſi neceſſitas urgeat, poſſunt quovis etiam & alio. Aquæ , Muci , Pituitæque viſcidæ è Capite , & Naribus magnam eliciunt quantitatem ; & aptè præſcribuntur contra Capitis affectus diuturnos , & contumaces , ex viſcidâ , tenacique materiâ oriundos ; uti gravativos Capitis dolores, Paralyſin , Morboſque ſoporoſos. Hoc è Turbith omnimò mirabile , & potentiſſimum eſt ; Lympham enim ſpecificè tenuem ( quaſi Salivationem per Nares moveret ) tam profusè , & rivulosè educit , ut nemini non experto credibile eſſe poſſit. Sed ſi nimis frequenter iteretur , membranam narium erodere ſolet: Ideoque poſt ejus uſum , conſultum eſſet , vel Lac tepidum , vel Oleum in Nares attahere.

*Errhinum Detergens.*

℞ Decoc. Serpilli ℥v. Tinct. Antiphth. ℥j. Tinc. Benzo. ʒſs. m.

*Errhinum de Elaterio.*

℞ Elaterii pulv. gr. iv. Aq. Langii ℥j. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

Turundæ ex. Nicotianâ factæ hoc liquore intinctæ naribus immittantur.

*Errhinum de Euphorbio*

℞ Pul. Euphorb. ℈ſs. Vini albi ℥j. Spir. Cochl. ʒii. Ol. Majorannæ gut. ij. m. Goſſypio excipiatur , & formentur exindè Naſalia formâ Pyramidali.

*Errhinum ſolidum.*

℞ Confec. Hamech. Scammon. pp. ā. ʒij. Euphorb. gr. xvj. f. maſſa inſtar. paſtæ , ex quâ confingantur

Turundæ,

Turundæ, naribus indendæ, atque per horam (ope ligaculi lintei) ibi detinendæ.

*Errhinum è Succis.*

℞ Herb. Periclym. Miv. Primulæ veris Miij. Beton. Mij. Majoranæ Mj. contuſis exprimatur ſuccus; qui è volâ manûs, per duas treſve vices atrahatur; vel ope pennæ ſiſtulæve nicotianariæ naribus inſuffletur.

*Errhinum Vitriolicum.*

℞ Aq. Majoranæ (vel Infuſ. ejuſdem) ℥j. Vitrioli albi ℈ſs m.

Etmullerus capit ℥viij. Aquæ & ſubinde ℈ij. ſubinde ʒij. Vitrioli albi, & præcipitando depurat.

Mucum & Rheuma copioſè educit. Infantum recens natorum nares obſtructos aperit.

*Eſſentia Citirna.*

℞ Tinct. Sal. Tart. lib.ſs. Pul. Ialap. ℥ij. Garyoph. gr. xxxij. Croci gr. xvj. m. ſtent vaſe ſubere, & veſicâ obturato, in loco moderatè calido aliquot dies.

Tinct. filtratæ doſis ʒij. ad ℥ſs.

*Eſſentia Cordialis Hyſterica.*

℞ Ol. Garyoph. gut. xxx. Ol. Succini gut. vj. Aniſi gut. iv. m.

Eodem modo Stomachicæ. Carminativæ, Diureticæ, Cephalicæ, & pro Medici intentione, Infinitæ aliæ ex oleis concinnari poſſint Eſſentiæ. Addi poſſunt Sp. Sal. Armon. ʒij. Sumantur gut. iij. ſuper fruſtulum Sacchari, aut Placentam Saccharatam; aut ex hauſtulo Cereviſiæ, Vinive, inſtante languore.

Ex-

*Expreſſio Aſthmatica.*

℞ Millep. viv. N. 128. contunde, & fortitèr exprime ex Aq. Hyſſopi ℥iv. Puleg. ℥ij. Pæon. comp. ℥j. in expreſſo liquore frigido diſſolve Gum. Ammon. gr. xxxij. col adde Tinh. Benzo. ʒij. Syr. Balſ. ℥j. Ol. Aniſi gut. j. Spir. Sal. Armon. q. ſ. ad juſtum conciliandum acorem.

Detur cochleatim in paroxyſmo.

*Expreſſio Becabungæ comp.*

℞ Herb. Becab Naſt. aq Borag. Plantag. ā Miv. contuſis in Mortario marmoreo affunde Aq. font. lib. iv. ſtent in loco frigido horam unam, poſtmodùm exprimatur ſuccus aquoſus, eique adde Ol. Vitrioli q. ſ. ad modicam aciditatem: reponatur donec liquor fiat optimè depuratus: effundatur, & lagenis vitreis aſſervetur ad uſum.

Facili negotio, & vili pretio parata hæc Expreſſio iiſdem pollet viribus ac Expreſ. Scorb. temp. ſed potentiùs refrigerat. Propinari poteſt. ad lib. ſs. bis quotidiè.

Hoc modo parentur Expreſſiones Portulacæ, Vrticæ, &c. quibus addi poſſit Lapis Hæmatites, Syr. è Coral. de Mecon. &c. pro præſcribentis intentione.

*Expreſſ. Ičterica* lib. j.

℞ Herb. Chelidon. maj. Mij. Bac. Iunip. ℥j. contuſis adde Croci minutim conciſſi ℈j. Vini Rhen. lib. j. Aq. Mirab. ℥ij. ſtent frigidè per noctem. manè liquor exprimendo coletur, & Syr. è 5 Rad. ℥iſs. edulcoretur.

Dentur (poſt Purgantia debita) ℥iij. tèr in dies donec Morbus evanuerit.

*Expreſſ. Millepedum ſimplicis* lib.j.

℞ Millep. viv. Sacch. albi ā ℥iij. ſimul contuſis affundatur Vini albi lib.j. probè miſceantur in mortario, & Liquor expreſſione colctur.

Millepedes ſanguinem calefaciunt, attenuant, depurant; Nervos colluſtrant, Obſtructiones reſerant; & Vrinam movent. Valent ad Arenulas, Hydropem, Icterum, Scrophulas, Aſthma Tuſſim, Phthiſin incipientem, Cancrum, Viſûs debilitatem; & ad Cutis venuſtatem, coloremque Faciei elegantem conſervandum & renovandum. Doſis ℥iij. ſingulis Auroris. Audivi (ſed nondùm ſatis expertus ſum) Millepedes Veſperi crebrius, & copioſè exhibitas, Vrinæ acrimoniam evcitare; ejuſque Remedium adæquatum eſſe Balſamum Capivii.

*Expreſſ. Millepedum Ictericæ* ℥vj.

℞ Millep. viv. N. 100. Croci ℈ſs. Nuc. Moſc. ʒſs. Sacc. albi ℥ſs. contuſ. affunde Aq. Chelidon. (vel Aparines) ſimp. ℥iv. Aq. Lumbricor. Magiſtr. ℥ij. f. Expreſſ.

Titulus vires explicat. Doſ. pars dimidia mane, & quartâ pomerid. quotidiè.

*Expreſſ. Millep. ad Pertuſſim* ℥viij.

℞ Millep. viv. mund. ℥ij. Pul. Sem. Aniſi ʒj. Nuc. Moſch. ʒſs. Sacch. albi ℥j. contuſ. affunde Aq. Puleg. ℥vj. Aq. Bryon. comp. Pæon. Comp. ā. ℥j. f. Expreſſ.

Quoniam pertinax omninò eſt hic Affectus, idcircò æque pertinaciter in uſu remedii inſiſtendum erit; Puerulis exhibendo nempè cochl. j. poſt. ſingulos Tuſſiendi paroxyſmos, donec profligetur tandem devicta Tuſſis.

Cl. verò Sydenham hæc habet: Alii quid valeant hîc præſtare planè neſcio: me in variis, atque omnis ferè generis remediis operam non ſemel perdidiſſe ſatis ſcio Phlebotomiâ, & repetitâ Catharſi (eâque ſolâ) expugnatur hæc Tuſſis; malum aliàs pertinaciſſimum, & ferè inſuperabile: Sed leniora tantùm Cathartica hîc conveniunt; eaque cochleatim ingerenda ſunt, pro ratione ætatis.

*Expreſſ. Pleuritica.*

℞ Herbæ Taraxaci virid. Miv. contuſ. affunde Aq. Papav. errat. lib.j. col. per expreſ. adde Lap. Prunel. ʒj. Ocul. Cancr. pul. ʒij. Syr. Papav. errati ℥iij. m.

Spiritum furentem Orgaſmum refrænat; Sanguinis rarefacti, & bullientis fervorem temperat; Lymphæ viſciditatem liquat; & Diureſin promovet. Non neglectis debitis Venæſectionibus, exhibeantur tepidè cohl. v. alternis horis.

*Expreſſ. Pæoniata.*

℞ Rad. Pæon. mar. recent. contuſ. ℥iv. Fol. Viſci arbor. minutim conciſ. ℥j. Vini Hiſpan. lib.j. Infunde calidè, & clausè duas horas; dein fortiter exprime, addendo Aq. Pæon. comp. & Syr. Pæon. comp. ā ℥ij. Tinct. Caſtor. ʒij. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

Cerebrum, & Nervos clarificat, & roborat. Vſui eſt in Morbis Convulſivis; Capitis idiopathico dolore, Vertigine, Paralyſi; & affectione Hiſtericâ.

*Expreſſ. Refrigerantis* lib.iij.

℞ Herbæ Anagallidis flore puniceo Miij. Borag. Mvj. Rad. Borag. lamellatim inciſ. ℥ij. Poma N. iij. Sal. Prunel. ʒij. Sacch. alb. ℥iſs. ſimul contuſis affunde Aq. Vlmariæ lib.iij. ſtent frigidè per noctem, & f. Expreſſio.

Melan-

Melancholicis calidiori temperamento conſtitutis aptè dicatur. Sanguinem enim atrabilarium. corrigit; ejuſque ebullitiones refrenat; Hypochondriorum æſtus vaporoſos, temperat; Cerebrum refrigerat; Spiritus rarefactos condenſat; & Vrinam ciet. Doſ. ℥vj. bis, terve in die, ad longum tempus.

*Expreſſ Roſaceæ* lib ij.

℞ Cretæ albæ (leviſſimæ, & puriſſimæ) pulv. ℥ij. Boli Armen. pul. ℥j.coq. in Aq. lib.vj.bd lib.ij. dein reponatur, ut partes craſſiores ſubſidant; liquori tenuiori effuſo adde Conſerv. Roſ. rubr. ℥vj. maceretur tepidè 12 horas, & f. Expreſ. per Manicam Hippoc. depuranda.

Ad Diarrhæam (quæ ſiſti debet) vel ab Humorum acrimoniâ, vel ab Inteſtinorum laxitate ortam; vel cum dolore, vel ſine dolore exiſtentem, præſentaneum certè, fidumque remedium eſt. Si verò cuipiam nimis frigidum uſu reperiatur, cum Aquâ Cinnamomi forti benè corrigi poteſt. Doſ. cochl. vj. bis, ter, ſæpiuſve, pro re natâ, in die.

*Expreſſ. Scorbuticæ calidæ* lib.ij.

℞ Herb. Cochl. hort. Naſturt. aq. Becab. Chelidon. maj. ā Miv. contuſ. adde Vini albi lib ſs. Aq. Raph. comp. Aqu. Lumbric. Magiſt. ā ℥iv. f. Expreſ. cui adde Sp. Cochl. ʒij. Sacch. albi ℥ij. vel q. v. m.

Vires æmulatur Cereviſiæ Scorb. calidæ, quam conſule: propinetur cochl. iv. tèr in die cum hauſtulo Cereviſiæ communis.

*Expreſſ. Scorb. temperatæ* lib.iij.

℞ Herb. Becab. Naſturt. aq. Taraxaci, Aparines ā Miv. Mal. Aurant. (cum corticib. N. iv. contuſ. affunde

funde Vini albi, & Aq. flor. Samb. ā lib.j. f. Expreſ- per ſubſidentiam clarificanda, & Saccharo ad libitum edulcoranda.

Scorbuticis calidiori conſtitutione præditis, inquè ſuffuſiones eraticas, Fervores Hecticos, & Maciem indè pronis, admodùm prodeſt. Bibantur ℥iv. bis in die.

*Expreſſ. Styptice* lib.iſs.

℞ Herb. Bellid. min. Piloſel. Millefol. Vrticæ urentis ā Miij. contuſ. affunde Aq. Plantag. ℥xij. liquori expreſſo diſſolve Lap. Prunel. ʒij. Syr. è Roſis ſicc. ℥ij. m.

Sanguinem refrigerando, temperando, depurando, & incraſſando; Item vaſa conſtringendo, & conglutinando, Hæmoptyſi, & quibuſcunque Hærmorrhagiis medetur. Doſ. ℥ij bis terve quotidie per ſat longum tempus; debitis interpoſitis Laxantibus.

*Extractum Pectorale.*

℞ Maltæ opt. (ſine empyreumate) Cong. iſs. Aq. Cong. ij. f. Alæ ſ. a. Cong. j. Huic claræ, & non fermentatæ adde Paſſul. ſol. expurgat, conciſ. lib.ſs. Glycyrrh. ℥j. Ter. Iapan. ℥j. coque donec lib.iv. ſint evaporatæ: poſtmodùm exprimendo coletur; deniq; (additis Coccinel. ℈iv.) percoq. ad Dellaginem.

Summè Elegans & Efficax hoc Remedium ſæpiſſimè paravi; atque eò excellentius eſſe ſemper exiſtimavi quòd cum craſſa ſit, & tenax Mucago; ob gratam tamèn Auſteritatem, non omniò (ſicùt cætera omnia Incraſtantia Pectoralia ſolent) Ventriculum relaxat aggravatvè; ſed ejus tonum recreat, & firmat.

Laryngis

Laryngis parietes areſactos humectat; irritatos lenit ferè excoriatos ſanat: Glandulas ferventes refrigerat; tumentes emollit; laxatas conſtringit; Seri acredinem temperat; tenuitatem incraſſat; & impetum refrenat: atque ita Tuſſi Catarrhali, Gulæque aſperitati adæquatum, præſtantiſſimumque remedium eſt.

*Fotus Amaricantis* lib.ij.

℞ Rad. Ariſtol. rot. ℥j. Herb. Abſint. vulg. ſicc. Abrot. fæm. Tanaceti, Summit. Sabinæ à Mj. Helleboraſtri Mſs. Pulp. Colocynt. Aloes ā ʒj. f. Decoct. in Aq. lib.iij. ad lib.ij. col. pro Fotu, ope ſtupharum è panno VVallico (vulgò *Flannel*) Abdominis regioni calidè uſurpando.

Vermes (non inuſitatum eſt) In latibulis ſuis (ſc. Inteſtinorum plicis) tàm altè ſe recondunt, & ſecurè degunt, ut tùm Alterantium, tùm Purgantium tela intacti prorsùs effugiant. In hujuſmodi caſu, externa remedia (inter quæ hicce Fortus non infinitum) perquàm utiliter in uſum adducuntur; ad illos nempè è nidis ſuis deturbandos; & medicamentis internis ſubſecuturis objiciendos, quæ eos aut enecent, aut per ſedem expellant.

*Fotus Anodyni* lib.iv.

℞ Capit. Papav. alb. (conciſ. & cum Seminib. contuſ.) Sem. Anethi ā ℥ij. Herb. Hyoſy. Cynogl. Solani, Fl. Chamæm á Mij. coq. in Aq. lib. vj. ad iv. col.

Vſurpetur cum Stuphis laneis calidiſſimè intinctis expreſſis, & alternatim applicatis; repetendo quoties dolores intenſiùs urſerint. Fibras corrugatas lenit; Spiritus irritatos conſopit; Humores acres obtundit; Viſcidos attenuat, & ſubſiſtentes circulationi reddit

*Fotus ad Articulorum dolores.*

℞ Ol. Vitriol. rectif. Spir. Vini rectif. ā cautè miſce, & leni calore digere decem dies.

*Fotus Aſtringens.*

℞ Cort. Querc. ℥ij. Cort. Granat. ℥ſs. Flor. Balauſt. Roſ. rub. ā Mj. coq. in Aq. lib.iv. ad lib. ij. col. adde Vini rub. Lisbon. lib.ſs. m. Addi poſſint Alumin. ʒij.

Fibras laxatas corrugat; Tonum firmat, Poros externos, & Meatus internos coarctat; Humorum affluxum prohibet, & aliò repellet. Valet in Inflammationum primo ſtadio, dum adhuc fiat Influxus; vel dum materia ſit remeabilis; in Tumoribus Oedematoſis; In Vomitu; Diarrhæâ; Fluxu Menſium vel Hæmorrhoidum immodico; Vteri, vel Inteſtinorum prolapſu; & Herniâ, ſc. poſt Inteſtini repoſitionem.

*Fotus Camphorati* lib.j.

℞ Aceti lib.j. Nitri ℥j. Camph. ʒj. diſſolve ſuper ignem & f. Fotus.

Pectoris regioni friginè applicatus, egregiè ſiſtit violentas narium Hæmorrhagias: Et Pubis regioni, & Teſticulis; Ebrietatem arcet.

*Fotus ad Colicum* lib.v.

℞ Flor. Chamæm. ℥ij. Bacc. Iunip. Lauri ā ℥j. Sal. Armon. crudi ℥ſs. coq. in Aq. lib.vj ad lib.iv. ſub. finem addendo Sem. Fœnic. dulc. Carui, Cymini, Aniſi ā ʒſs. col. adjice Spir. Vini commum. lib.j. m.

Vſui eſt non tantùm in Colicâ flatulentâ; ſed etiam in terribili ſæviente Bilioſâ; Quando enim Dolor intolerandus horrendùm furit; & Alvus tàm obſtinatè ſe claudit, ut nulli, nè valentiſſimo quidèm, cedat

cedat Cathartico; Hujuſmodi Fotus, quaſi divinum auxilium, in ſubſidium venire ſolet: Namque blando mulcimine muſculos Abdominis fovendo; Calorem nativum reſuſcitando; Flatus profligando; Conſtrictiones ſpaſmodicas ſolvendo; & motum Inteſtinorum periſtalticum reſtituendo; feliciter efficit, ut Purgantia exhibita nunus ſuum ritè obeant, & morbum abrumpant.

*Fotus Diretici* lib iv.

℞ Rad. Apii ℥iv. Fœnic. Sem. Lini ā ℥ij. Herb. Parietar. Malv. Perſicariæ, Fl. Chamæm. ā Mij. coq. in Aq. lib. vj. ad iv. col. diſſol. Sal. Armon. crudi (vel ejus efectu, Sal. Prunel.) ℥ſs. Sapon. vulg. ℥ij. m.

Vſurpatur cum ſucceſſu laudabili, in ſæviſſimis Calculoſorum paroxyſmis, ſummo cruciatu, & Vrinæ ſuppreſſione ſtipatis. Minimè verò operatur (uti vulgò creditur) quatenùs conſtat Ingredientibus Diureticis, ſpecificâ vi expellendi dotatis; Sed quatenùs partim molli fotu, & amico calore mulcendo, Muſculos Abdominis, & Veſicæ (propter dolorem & humorum affluxum, tenſos, & regidos) relaxat, & recreat; partimque quatenùs leniter eos ſubpungendo, & extimulando, ad conſuetum Conſtrictionis munus redintegrandum provocat.

*Fotus Dyſentericus.*

℞ Fol. Quercùs Mx. decoq. in opertâ ollâ cum Aceti fertis q. ſ. pro fomento. quo ſæpiùs foveatur Anus; Vaporque calidiſſimus Anno excipiatur.

Eſt ſanè Experimentum Rulandi: ſed in tàm diro, calamitoſo, & ægrè ſuperabili Affectu, huic tâm levidenſi præſidio ſoli neutiquàm fiderem: Nibilominùs

nùs cæteris non neglectis, hoc etiam utiliter adhiberi poſſe, non invitus concedo.

*Fotus Emmenagogi* lib. vj.

℞ Rad. Bryon. albæ ℥iv. Ariſtol. rot. ℥ij. Zedoar. Bac. Lauri à ℥j. Herb. Matricar. Artemiſ. Summit. Sabinæ Flor. Chamæm ā Mij. decoq. in Aq. lib. viij. ad lib. v. col. adde Spir. Vini commun. lib. j. m. pro fotu calidiſſimo Abdominis, & Pubis regioni abhibendo.

Partes calefacit, & confortat; Obſtructiones pituitoſas excutit; Sanguinem fæculentum attenuat, ſtagnantem dimovet, ejuſque curſum Vteri vaſa verſus allicit.

*Fotus ad Hæmorrhoidum dolorem* lib. iv.

℞ Rad. Cepar. ℥ij. Sem. Lini ℥j. Herb. Hyoſcy. Verbaſci, Linariæ, Millefol. ā Mij. coq. in Aq. lib. vj. ad lib. iv. col. diſſol. Opii ʒij. m. adhibeatur tepidè.

Vaſorum tenſionem crudelem relatx; Doloris acrimoniam obtundit; Fæculentias viſcidas, & grumoſas (obſtructionem figentes, tumoremque excitantes) liquat, & diſcutit: Sanguiniſque inundationem repellit.

*Fotus ad Hemorrhoidum fluxum immodicum* lib. iv.

℞ Herb. Verbaſci, Millefol. Plantag. Fol. Sambuci ā Miv. Cort. Granat. ℥j. decoq. in Aq. & Vini rub. aſtringentis ā lib. iij. ad tertiæ partis conſumptionem col. diſſol. Aluminis ℥ſs. Sacch. Saturni ʒij. m.

Non ſolùm in hoc affectu; ſed etiam in immoderatâ Menſium profuſione; Diarrhœâ; & Inflammationum initio valdè prodeſt; mirificè enim aſtringit, & repellit.

*Fotus ad Inflammationes* lib. iv.

℞ Rad. Alth. Lil. alb. ā ℥iſs. Herb. Malvæ, Verbaſci, Hyoſcy. Flor. Sambuci. Chamæm. Melil. ā Mj.

Sem. Lini, Fœnugr. ā ℥vj. decoq. in Aq. lib.vj. ad lib.iv. col.

Emolliens, & Anodynus eſt. Proximè ſubſequenti viribus æquivalet; niſi quòd non tàm fortiter diſcutit.

*Fotus Lateralis* lib.iv.

℞ Rad. Alth. Capit. Papav. albi (ſciſs. & cum Semin. contuſ.) ā ℥ij. Sem. Lini, Fœnugr. Cymini, Bac. Lauri ā ℥j. Herb. Mallæ, Matricar. ā Miij. Fl. Chamæm. Mij coq. in Aq. lib.viij. ad iv. col.

Emollit, Diſcutit, Dolores ſedat. In ſpuriâ externâ, pituitosâ, vel flatulentâ Pleuritide, ubi Inflammatio non adeſt magna; multum opis præſtare certum eſt: Fibrillas enim rigidè tenſas relaxat; Spiritus dolorificè agitatos conſopit; Pituitam attenuat; Flatus diſcutit; & materiam nocivam aggeſtam partim Circulationi reddit; partimque per Diaphoreſin foràs eliminat. In verâ autem, internâ, furenti Pleuritide; cruento ſputo, & magno ferocientis ſanguinis affluxu, ſtipatâ; hujuſmodi fotus plus nocumenti quàm emolumenti, ſolet afferre: quippe Affluxum, & Inflammationem adauget,

*Fotus Opthalmicus.*

℞ Capit. Papav. alb. conciſ. & cum Seminib. contuſ. ℥ij. coq. in Aq. font. lib.ij. ad lib.j. col adde Troch. alb. Rhaſ. pulv. ℥ſs. m.

Addi poteſt pro re natâ Alumen.

*Fotùs Pacifici* lib.iv.

℞ Fol. Vitis, Salicis, Herb. Lactucæ ā Mij. Flor: Nymph. Roſ. rub. á Mj. Capit. Papav. alb. (cum Sem.) ℥ij. coq. in Aq. lib. viij. ad medias, col. diſſol. Opii ʒij. Cum Spongiâ tepidè uſurpetur ad Frontem, Tempora, totum Caput, & Pedes.

In

In uſum duci meretur, ubi non omninò tutum foret Hypnotica per os exhibere; in Febribus ſcilicet impetuosè æſtuantibus, cum Capitis fervore, & dolore pulſatili, Vigiliis pertinacibus, & Delirrii metu: Molli enim mulcimine; blando calore; & humiditate leni, ſuccos acres, & bullientes, humectat, mitigat, compeſcit; nec non per Diaphoreſin, aut Circulationem è Capite derivat: Spiritus laceſſitos in quietem diſponit; Somnumque placidum allicit. In Febribus verò malignæ proſapiæ, ubi Spiritus à veneno oppreſſi, & titubantes, egrè ſe compoſitis ordinibus ſuſtinere ſufficiant; & vel Torpori vel Convulſionibus ſuccumbere periclitantur, & ferè perimuntur; Cane pejus & Angue vitandum eſſe moneo.

Heurnius (Meth. Lib. 2. Cap 7.) parat Spongiam ſomniferam, quam vide.

*Fotus Podagrici* lib.iv.

℞ Herb. Camæpit. Abrot. ā Miv. coq. in Aq. lib. vj. ad lib.iv. col. diſſol. Sal. Tart. Sal. Armon. ā ℥ij. m.

Tonum partis conſervat, & roborat; Spirituum (in fibrillis ſcatentium) irritationem, ſivè excandeſcentiam compeſcit: Sales Arthriticos aut amplectendo foràs educit; aut præcipitando, ab efferveſcentiis dolorificis ſupprimit. Minimè interim Repellit: Repellentia enim in hoc Affectu ſunt nonnunquam longè periculoſiſſima; in quantùm materiam morbificam ad Ventriculum, vel Cerebrum adigere poſſint.

*Fotus Roborans.*

℞ Sal. Tart. ℥ſs. Lig. Saſſafr. Guaiaci ā ℥j. coq. in Aq. font. lib.iv. ad iij. col. adde Serpilli, Major. Roriſmar. Lavend. ā Mj. Sem. Sinap. ℥ſs. Nuc. Moſch. Mac. ā ʒiſs. Garyoph. ʒj. infunde in vaſe clauſo, &

loco

loco calido duas horas colaturæ ( uſus tempore in vaſe duplici calefactæ ) adde Spir. Armon. qu. videbitur.

Ad Caput, & Membra quælibet à cauſâ frigidâ dolentia, vel imbecillia reddita. Poſt hujus uſum Pannus Linimento Cephalico illitus, & Thuris fumo ſuffitus parti applicetur.

*Fotus Sambucini* lib.ij.

℞ Fol. ( vel tempore hiberno, Cort. inter. ) Sambuci Miv. coq. in Aq. lib.iij. ad lib.ij. col, diſſol. Sapon. vulg. ℥j. m.

Maximæ eſt efficaciæ, & ſpecificæ virtutis ad Eryſipelas; illud enim potentiſſimè refrænat, & ſubigit. Vbi verò cuticula eroditur, vix in uſum adduci poteſt, propter Dolorem quem excitabit ſummè acrem, & ægre ferendum.

*Fotus Scorbutici* lib.ij.

℞ Herb. Chamæpit Hyoſcy. ā Mij. Cort. VVinter. ℥ſs. Rad. Raph. ſylv. & Lumbric. terreſt. ( ſub finem addit ) ā ℥ij. coq. in Aq. Calc. lib.iij. ad lib.ij. c ol. adde Sp. Cochl. ℥ij. Opii ʒj. m.

In doloribus fixis Scorbuticis plurimum poteſt: ſiquidem Tonum partis conſervat; Spiritus laceſſitos conſopit; Salium ſpicula diffringit; Ichoremque acrem, per effluvia, aut ſudores, evaporare cogit.

*Fotus Spirituoſus.*

℞ Aq. Regin. Hungar. ℥vj. Spir. Lavend. comp. Cochl. ā ℥iſs. Sp. Sal. Armon. ℥j. Campħ. ℈v. Ol. Tereb. g ut. 80 m. digerantur,

Attenuat, Diſcutit, Calefacit, Roborat. valet adverſus affectiones ( præſertim partium membranaſarum) ab obſtructione pituitoſâ, Tono laxato, aut Fibrillarum

rum tenſione, ortas. laudabilis eſt uſus in Paralyſi. Doloribus Articulorum. ſicut etiam in Colicâ, & Iliacâ paſſione.

*Fotus Spleneticus.*

℞ Fol. Nicotianæ ſicc. ℥j. f. Infuſ. calida duas horas in Aq. lib.iv. col. frig. diſſol. Gum. Ammon. ℥ſs. foveatur Lienis regio ſtuphis laneis huic col. calid. intinctis, & expreſſis.

*Fotus Stomachici* lib.ij.

℞ Vini rub. lib.j. Spir. Vini commun. Aceti Vini ā lib.ſs. Abſinth. Menth. ā Mſs. Rad. Biſtortæ ℥ſs. Cort. Granat. ʒij. Garyoph. Mac. Nuc. Moſc. Cinnam. ā ʒj. Ther. Ven. ℥ſs. macerentur clausè in Baln. Mar. duas horas; & colatura uſurpetur ferventiſſima.

Nobile hoc eſt planè remedium, eximiè confortans, calefaciens, & corroborans; atque uſurpari benè poteſt, ad Stomachi flacciditatem, frigus, dolorem, flatus, nauſeam, vomitum, appetitum proſtratum, coctionem læſam; Porrò etiam ad Diarrhæam, Hypercatharſin, & Dyſenteriam.

*Fotus ad Tympanitim* lib.ij.

℞ Nitri ℥ij. Sal. Armon. ℥j. Spir. Vini tenuioris, multo phlegmate imbuti lib.ij. m. & diſſolve in vitro.

Panneus laneus huic tepidè intinctus, ſuper totum Abdomen applicetur, & ſubindè mutetur, denuò intingendo: fiat bis in die per horæ ſemis: dein applicetur Cataplaſma ex fimo Vaccino, & pulv. Stercoris canini.

*Frontalis* ℥iij.

℞ Pul. Maſtiches, Thuris ā ʒij. Cretæ, Farinæ Fabar.

bar. ā ℥ſs. Alb. ov. conquas. Ol. Roſ. ā ʒvj. Aceti q. ſ. m. in Emplaſtri formam.

Adhibetur in Affectibus Oculorum Rheumaticis; idque tùm Præſervationis, tùm Curationis ergò: ſtrictim enim adhærendo, carneoſque tubulos firmiter comprimendo & conſtringendo, humorum defluxum inhibet. Namque ſciendum eſt partes circa Oculos ita & fabricâ, ſitu conſtitui, ut quicquid humori, aut è Pericranio, aut Muſculis vicinis depluit, recipere aptæ ſint. Imò (quod mirum, ſed) non inuſitatum eſt, ex Capitis contuſione lituram lividam ſub oculis reſidere, & frigi.

*Gargariſm. Anginoſi* lib.ij.

℞ Herb. Aquileg. Mij. Cort. inter Vlmi ℥j. Fung. Samb. Glycyr. Alb. Canis ā ℥ſs. coq. in Aq. lib.iiſs. col. ℥xxvj. diſſol. Sal. Armon. ʒij. Syr. è Rubo Idæo, Mel, Roſ. ā ℥iij. m.

Guturis Muſculos inflammatos, ad crepaturam ferè turgidos. arefactos, & combuſtos; humectat fovet, & emollit: Glandulas, Ductuſque Salivales, extùs mucagine obductos detergit; in uſque phlegmate infarctas aperit. Vbi verò multùm peccat pituita viſcida, & Glandulæ magis quam Muſculi laborant, ad potentiùs attenuantia, & educentia pervenire oportet.

*Gar. Communis* lib.j.

℞ Aq. Plant. ℥x. Aq. Roſ. rub. ℥iij. Syr. Moror. ℥ij. Mel. Roſ. ℥j. Ol. Vitrioli q. ſ. ad aptam aciditatem. m.

In Febribus, ad Os eluendum, mundandum, refrigerandum; Sitimque fallendam.

*Garg.*

*Garg. Detergentis* lib.j.

℞ Succi Pomorum Agreſtium ℥xij. Syr. è Rubo Idæo ℥iv. m.

Viſcoſitatem craſſam, & amurcam ſordidam, Linguæ & Faucibus adhærentem detergit: Oris & Gulæ ariditatem humectat, & Fervorem refrigerat: Salivæ ſalſedinem, & acorem corrigit; Sitimque extinguit. Quoties verò affectus in Eroſiones, Aphthas, aut Vlcuſcula degeneraverit, vix poteſt (ob dolorem quem concitabit) perferri: atque tunc omninò Refrigerantia, Humectantia, Mucilaginoſa, & Aſtringentia in uſum adſciſci debent.

In Febribus à Salivâ (ut ut paucâ) Linguæ aſperitatibus hærente, ibidemque a calore inſpiſſatâ, & torrefactâ; nec non a vaporibus perpetim expiratis, Linguæ ſordes & diſcoloratio fit, media autem Linguæ pars maximè ſordeſcit, quia aſperior eſt, & vaporibus directiùs opponitur; Linguæque latera, & apex motitatione aliquatenus emundantur. Iones de feb. 87.

*Garg. Emollentis* lib ij.

℞ Rad. Alth. Glycyrrh. Hord. perl. ā. ℥i. Furfuris macri in nod. lig. Mj. Cort. inter Vlmi, Gum. Arab. ā ℥ſs. Fic. N. viij. Coq. in Aq lib. iij. col. ℥xxviij. diſſol Syr. Iujub. Alth. ā ℥ij. Lohoch. ſan. ℥ſs. m.

Vtimur contra Inflammationem, Siccitatem, Aſperitatem, Scabritiem, Rimas & Fiſſuras, in Febribus Linguam ſ Fauces exſiccantibus, quaſi comburentibus, & affligentibus.

*Garg. contra Fætorem.*

℞ Myr. ʒij. Rad. Irid. Florent. Cyperi Cal. aromat. Angel. Hiſpan. ā ʒj. Garryoph. ʒſs. Fol. Roriſmar. Mj.

Mj. f. Infuſ. cal. & clauſa duas horas in Aq. font. lib.ſs. vin. alb. ℥iv. col. adde Aq. Regim. Hungar. ʒvj. Tinc. Benzo ʒij. m.

*Garg. ad Hæmodiam.*

℞ Herb. Portulacæ contuſ. Mij. Aq. font. ℥xij. ſtent. in frigido horam j. col. per cibrum ſine expreſs. lib.ſs. adde cretæ lotæ ʒij. Sal. Tart. ʒſs. Aq. Regin. Hungar. ℥j. Tinc. Benz. ʒij. m.

*Garg. Levigantis* lib j.

℞ Rad. Conſolidæ maj. ℥ij. Gum. Arab. ℥j. coq. in. Aq. Hord. ℥xx. col. ℥xij. adde Aq. Roſ. rub. ℥j. Syr. Alth. ℥iij. m.

Viribus certat cum ſuperiori; minùs autem Digerit; magis tamen refrigerat.

*Garg. ad Linguæ ardorem* lib. j.

℞ Aq. Plant. ℥viij. Aq. Roſ. rub. ℥iv. Album. Ov. conquaſſ. N. iv. Sal. Prunel. ℈iv. Syr. Alth. ℥iv. m.

Linguam, Fauces, vicinaſque partes moleſtè calentes, Refrigerat; arefactas Humiditate & Lentore imbuit; Humorumque acrium affluxum modicè Repellit.

*Gargar. Maſtichinum.*

℞ Maſtic. pulv. ℥ſs. coq. in Aq. font. ℥xij. col. ℥viij. diſſolve Sacch. Saturni ℈ij. Syr. Balſam. ℥ij. m.

Contra Oris Inflammationem, Excoriationem, Puſtulas, & ulcuſula ſuperficialia.

*Garg. Myrrhiſatum.*

℞ Vini rub. aſtringentis lib. j. Myrrhæ pul. ʒij. m. Detergit, aſtringit, repellit, ſiccat, ſanat. Ad Gingivas tumeſcentes, fungoſas, flaccidas, ſanguinolentas, eroſas,

ſas, & putridas: Ad Oris ſordes & fœtorem: & ad Faucium, Gulæque Vlcera (licet Venera) præſtantiſſimum habetur Diaclyſma. Porrò in Nares injici, vel atrahi poteſt, ſummo cum emolumento, ad Ozænam; ubi materia putrida Oſtium ſpongioſorum Cavernulis hoſpitans, teterrimi odoris efflu via expirat.

*2 Garg. Myrrhiſ.*

℞ Myrr. pulv. ʒj. diſſolut. in mortario cum Vitel. Ov. ʒij. adde Mel Roſ. col. ℥ij. Vin. alb. lib.ſs. m.

Ad Faucium & Gulæ Vlcera.

*Garg. Paralytici* lib.j.

℞ Vini albi lib.ſs. Sinap. confect. ℥j. vel q. ſ. ad acredinem ſatis intenſans impertiendam. Aq. Statureiæ (vel Thymi) ℥iv. Mel. Roſ. ℥ij. Aceti parum. m.

Aquæ Satureiæ (ſi non præſto fuerit) ſubſtitui poteſt Decoct. Saſſaph.

*Garg. ad Pituitam* lib.j.

℞ Aq. Hyſſopi ℥x. Spir. Vini rectif. ℥j. Spir. Coclear ℥ſs. Spir. Caſtor. ʒij. Spir. Sal. Armon. ℈iv. Pul. Rad. Pyrethri ʒj. Mellis ℥iv. m. uſurpetur frigidè.

Attenuando, Incidendo, Vellicando, & Irritando, Salivam, & Phlegma viſcoſum è Glandulis, & Oris emunctoriis, validiſſimè prolicit, & evacuat. Ideoque locum jure vendicat, in Affectibus Capitis pituitoſis, frigidis, & diuturnis: In Morbis torpidis. & ſoporoſis: In Lethargo, Cephalagiâ gravativâ, Linguæ Paralyſi, Dentalgiâ, Vvulæ elongatione, Tonſillarum tumore, Anginâ. Neque metuendum erit ne

Inflamma-

Inflammatio incepta hujuſmodi acrium adhibitione magis augeatus; ſiquidem illius cauſa, ( magnam partem. ) eſt Pituita craſſa, & lenteſcens hiſce partibus ſpongioſis inpacta, quæ ſanguini obicem ponens, curſumque ejus inhibens, inundationem inflammatoriam producit. Ideoque in iſtius ſtagnantis, & obſtruentis Pituitæ, eliquatione: & eductione, veram potiſſimàmque hujus affectûs ( ſc. Anginæ ) curationem conſiſtere, certiſſimum eſt.

*Garg. Prunellorum* lib. ij.

℞ Corticum Prunellorum ſylveſt. ℥ij. coq. in Aq. lib iiſs. col. ℥xxiv. diſſol. Alum. ℈iv. Aceti ℥ij. Mel. Roſ ℥vj m.

Fortiſſimè aſtringit; Gingivarum laxitatem corrigit, Prutedinem arcet, Fætorem tollit, Eroſionem reſarcit: Sanguinis eruptionem inhibet: Dentes firmat, illoſque regeneratâ carne obducit: Oris ulcera ſanat; Mephiticumque anhelitum emendat: Glandulas ſalivales nimiùm diſtentas conſtringit, & contrahit; atque eo modo, & Pituitam influxam exprimit; & ulteriorem ejus immodicum afluxum prohibet. Sin verò ejuſmodi fuerit rei ſtatus, ut Pituita Glanduloſa in tantùm craſſeſcat, ut Conſtringentium ope exprimi prorſus nequeat; tunc ad potenter Incidentia, & Vellicantia ( quale eſt Garg. ad Pituitam) confugiendum erit.

*Garg. de Pyrethro* ℥x.

℞. Rad. Pyreth. ℥ſs. Sem. Papav. albi, Hyoſcy. ā ʒij. Garyoph. ʒſs. Vini albi lib. ſs. Aceti ℥iv. coq. ad lib. ſs. & col. adde Spir. Vini ℥ij. m.

Partes vellicando, & Pituitam craſſam eliquando, ſtagnantemque dimovendo, illam, ( unâ cum ſero

acri,)

acri, ) è Gingivis, Glanduliſque potenter educit: Deinde Spiritus irritatos placando, dolorificeque invicem allidentes conſopiendo, cruciatûs ſenſum extinguit: Tandemque calorem partibus ſuffendendo, Tumorem diſcutiendo, Tonumque reparando, ulteriorem humorum affluxum prohibet. Atque ità nobile, & adæquatum eſſe Odontalgiæ remedium Ratio ſuadet; cui etiam & Experientia nunquàm non ferè ſuffragatur.

*Garg. Refrigerantis* lib.j.

℞ Aq. Plantag. Sperm. Ranar. Flor. Semb. ā ℥iv. Aq. Roſ. rub. ℥ij. Album. Ovor. ( in aquam agitando redact. ) N. iv. Sacch. alb. ℥j. m.

Hoc modo præſcriptum vidi.

℞ Alb. Ov. j fortiter agitetur cum Aq. Sperm. Ranar. ℥v. Aq. Roſ. Mell. ā ℥j. m.

In Febribus ardentibus gratiſſimum eſt; atque ad Linguæ fervores, ariditatem, aſperitudinem & eroſionem commodiſſimum.

*Garg. Roſati* ℥x.

℞ Fl. Roſ. rub. ſicc. ʒiij. Balauſt. Cort. Granat. ā ʒij. Bac. Myrt. Boli pulv. Ter. Iapon. à ʒj. Alum. ℈j. coq. in Aq. Plantag. Vin. rub. auſteri ā ℥vj. col. ℥viij. diſſolv. Mel. Roſ. col. ℥ij. m.

Ad amurcam viſcidam Linguam oblinentem: & ad Glandularum ſalivalium laxitatem.

*Garg. Scorbutici* lib.ij.

℞ Rad. Rub. tinct. ℥j. Pyreth. Cort. VVint. ā ʒij. Herb. Periclym. Salv. Sanic. Aquileg. ā Mj. coq. in Aq. Calc. lib.iiſs. col. ℥xxviij. adde Spir. Cochl. ℥ſs. Mel. Roſ. ℥iv. m.

Gingivas, Oriſque partes Sanguinis, & Salivæ ſordibus ( quæ corruptelam, putredinem, fœtoremque

Scor-

Scorbuticis inferunt ) liberat ; Vleuſculaque indè ortum trahentia ſiccat , & ſanat.

*Garg. Sedativum.*

℞ Cort. Prunellor. Sylv. Rad. Pyreth. ā ℥ſs. Garyoph. ʒj. coq. in Aq. ℥xij. ad ℥viij. col. adde Aq. Regin. Hungar. Mellis Roſ. col. ā ℥ij. Laud. liqu. gut. 124. Spir. Sal. Armon. q. ſ. ad acorem inſignem , m.

Ad Dentalgiam ſuprimendam , frigidum in ore aliquandiu detineatur , & expuatur ; & diligentur interim cavendo ne deglutiatur.

*Garg. de Sedo.*

℞ Fol. Sedi major. ℥iv. contuſ. affunde Aq. flor. Samb. ℥xij. repone in Hypogæo per noctem. col. ſine expreſ. diſſol. Sacch. Saturni ( vel Sal. Prunel. ) ℈ij. Sacch. alb. ℥j. m. Refrigerat , Repellit.

*Garg. Sinapinum.*

℞ Aq. font. lib. ſs. Spir. vini com. Aceti vini ā ℥iv. pul. Sinap. ℥ſs. ſacch. alb. ℥j. m.

Ad Linguæ Paralyſin , & Affectus ſoporoſos.

*Garg. Varioloſi* lib. ij.

℞ Hord. perl. Glycyrrh. ā ℥ſs. Rad. Alth. Viciarum ā ℥j. Fic. N. xij Fung. Samb. Mj. coq. in Aq. lib. iiſs. col. ℥xxviij. diſſolv. Oxym. ſimpl. & Mel. Roſ. ā ℥ij. m.

Partes Oris, & Gulæ inflammatas , diſtentas , rigidas, arefactas , aſperas , & dolentes , Emollit , humectat lenit : Paſtulas innaſcentes maturat ; Salivationemque adjuvat. Sub. Declinationem verò Variolarum Confluentium , cum Ptyaliſmus jàm imminuitur ; ſi evenerit ut Saliva euſque ſit excocta , & viſcida , ut Suffoca-

ſocationis periculum inferat; Tunc ad potenter atte-nuantia, & irritantia devenire neceſſitas poſtulat: Tale eſt illud ad Pituitam ſuprà deſcriptum; atque inter ejus uſum, Spiritus Sal. Armon. proportio vel augenda, vel minuenda erit, tùm pro rei ipſius ratione, tum & ægrotantis toleratione.

*Garg. de Vite* lib.j.

℞ Fol. Vitis, Herb. Salv. Veronicæ fæm. Pentaphyl. Ocul. Rubi ā Mſs. coq. in Aq. lib.iſs. ad lib.j. col. adde Alum. ʒiſs. Aceti, Melis ā ℥ij. coq. iterùm & deſpuma.

Optimè Refrigerat, eluit, detergit, aſtringit, putredini reſiſtit, ſordores emungit, Oriſque fætorem emendat. Locum meretur tàm in Febribus, quàm Scorbuto. Atque hic obiter motem, Alumen, & ejuſmodi Auſtera nullo modo Salivales ductus occludere; aut Salivæ exitum inhibere; ſed è contrario (quia Glandulas ſtringunt & contrahunt) multùm promovere; quod cuilibet experienti liquidò patebit.

*Garg. ad Vlcera.*

℞ Aq. Calcis lib.ſs. Mercur. dulc. pulv. ʒj. digere in loco tepido 12 horas in col. diſſol. Syr. è Roſis ſicc. ℥j. m.

Inject. Benedicta apud Pharmac. Bat. fit ex Aq. Calc. lib.ſs. & Mercur. dulc. ʒiij.

Ad faucium & Gulæ rebellia & contumacia Vlcera commodiſſimè præſcribitur potenter ſinnat, & fermentum ſylveſtre domat. Tentatum quidem novi Vlcere Linguæ Cancroſo, ſed (verum fateor) nullo cum effectu laudabili. Mercurialia enim (quatenus adhuc dum obſervando fuerim) Cancro potiùs obſunt, quàm poſſunt, quàm proſunt, Quod candidè (licet obiter) adnotare volui.

*Garg. pro Vvulâ* lib.ij.

℞ Herb. Aquileg. Miv. Flor. Roſ. rub. ſicc. Balauſt. ā Mſs. Pip. longi ℈iv. Myrrhæ ʒij. coq. in Aq. lib.ij. & Vini albi lib.ſs. col. ℥xxvj. adde Sp. Vini Syr. Moror. & è Rubo Idæo ā ℥ij. m.

Ad Vvulæ, Tonſillarum, Muſculorum Faucium, Laryngis & Pharyngis infractionem, tumorem, & inflammationem conſultiſſimè præſcribitur. Partim enim attenuando, & vellicando partimque conſtringendo, & exprimendo, pituitoſam illuviem aggeſtam evacuat: ac deinde, Glandulas ſpongioſas, tumidas, & tenſas in minus ſpatium contrahendo; adque naturales limites & craſin reducendo, ulteriorem ad partes affluxum optimè præſcindit.

Hìc ut quæ ſparſim & laxiùs ſuprà explicui, in Synopſin contraham; de Gargariſmorum ſpeciebus ſecundum Intentiones medicas ſcitè eligendis, has ponam Regulas.

1. Si Materia admodum craſſa, & tenax è Glandulis ipſis ſit educenda; tunc Sp. Sal. Armon. Acria, & Irritantia in uſum adſciſci debebunt.

2. Si minùs ſit Viſcida, & tamèn ſtagnet propter fungoſam Glandularum laxitatem; Auſtera hoc officio fungentur.

3. Si lenteſcens amurca Linguam & Fauces ſpiſsè oblinat; Acida, & Detergentia expetentur.

4. Si partes ſint excoriatæ, irritables, & arefactæ; Mucilaginoſa, & Emollientia commodiſſimè præſcribentur.

5. Si denique ob Sanguinis ebullitionem, partes Muſculoſæ inflammentur; Emollientia rem conficient.

*Gelatina Analeptica.*

℞ Ped. Ov. N. iv. Ped. Vitul. N. ij. Raſ. CC. Ebor. ā ℥j. Ichthyocol. ℥ſs. Gum. Arab. Tragac. ā ʒij. Aq. Hord. depur. lib. xij. coq. ad lib. iv col. adde Sacch. ℥iv.

Egregiè nutrit, & Humorum acrimoniam corrigit. Eaſdem poſſidet virtutes ac Iuſculum conſummatum, quod vide.

Diu aſſervari nequit, quin mucorem & fætorem contrahet: unde recens ſemper uſurpanda erit.

*Hauſtus Alexipharmacus.*

℞ Aq. Lact. Alexit. ℥iij. Epidem. Pæon. comp. Syr. Garyoph. de Croco ā ʒij. Diaſcord. ℈ij. Lap. de Goâ ℈j. m.

In Febribus mali moris, Spiritus collapſos erigit, & ſuſtentat; Malignitati adverſatur; è Centro corporis ad Circumferentiam pellit; & Sudorem ciet. Propinari poteſt, ſextis, vel octavis horis, pro re natâ.

*Hauſtus Amarus.*

℞ Aq. Card. ben. ℥ij. Ment. Cinnam. fort. ā ʒij. Gent. comp. ℥ſs. Pul. Serp. Virg. ℈j. m.

Iiſdem inſignitur virtutibus ac Decoctum Sacrum, quod vide. Inſuper Ventriculum roborat; Vomitionem ſedat; & vermes enecat.

*Hauſtus ad Arenulas.*

℞ Succi Petroſelini ℥iſs. Sp. Vini com. ℥ſs. Ol. Aniſi gut. ij. Sp. Sal. Armon. gut. viij. Sacch. alb. ʒij. m.

Vrinam ciet ; Saburram pituitoſam , Tartarum granulaſcens , & Arenulas quam potentiſſimè expellit. In grandiori veró Calculo, ab hujuſmodi valenter provocantibus , omnimodè abſiſtendum erit ; Nè , ſi in Rene ſit ; eum in Vreterem fortitèr impellant , ejuſque canalem ( quaſi Epiſtomio ) ſtrictim obturent ; atque ità Suppreſſionem Vrinæ funeſtam inferant. Si in Veſicâ ; ne Mucum viſcidum ( qui Calculum craſsè obvelat , illiuſque aſperitates , quaſi Thecâ , mollitèr recondit ) eluant ; atque etiàm Calculum , ipſum fortiùs exagitent ; è caveâ , ubi quietus latuit , deturbent; dirumque trucemque Paroxyſmum peſſimè excitent.

### *Hauſtus Aſtringens.*

℞ Aq. Plantag. ℥ij. Ment. ℥ſs. Cinnam. fort. ℥j. Syr. de Mecon. ʒvj. Ol. Nuc. Moſc. gut.j. Diaſcordii ʒſs. Boli ℈j. Balauſt. ℈ſs. m.

Ventriculum , & Viſcera confortat ; Inteſtinorum tonum renovat ; lubricitatem emendat ; & importunum motum dejectorium reprimit : His adde , quód ſpiritus exacerbatos pacificat ; Humorumque , & Vaporum radios à Centro ad corporis Circumferentiam pellit ; & exindè foras ablegat.

### *Hauſtus Bechicus.*

℞ Gum. Arab. pul. ʒſs. diſſolve ſuper ignem in Aq. Scabioſæ, & Aq. Cinnam. hord. ā ℥iſs. tunc adde Mithrid. Diaſcord. ā ℈j. Lohoch. ſan. ʒj. Diacodii ℥ſs. vel. ʒvj. m.

Serum acre , irritans , è Glandulis in Laryngem ſuffundi ſolitum obtundit , incraſſat , & cohibet ; partes exquiſitè ſenſiles leni mucore defendit ; Somnum ſuaviter accerſit ; Sanguiniſque recrementa lymphatica

per Diaphoreſin exterminat: Ideoque omnimodè appoſitum eſt remedium ad Tuſſim veſpertinam à frigore ſuſcepto ortam, & inter ducumbendum in lectum, inclementer divexantem.

*Hauſtus Camphoratus.*

℞ Camph. (aliquibus guttis Ol. Amygd. dul. ſol.) gr. viij. Aq. Papav. err. ℥iij. Syr. Alth. ʒvj. Sacch. Saturni gr. ij. m.

Ad Vrinæ ardorem, & ſtillicidium (vel ab Epiſpaſticis vel Sero acri ortum) multùm laudatur. Etiam (ut audivi) ad Micturitionem (periculoſum iſtud in Variolis Symptoma) Remedium eſt celebratu digniſſimum.

*Hauſtus Cardiacus.*

℞ Aq. Ceraſ. nig. Lact. Alexit. ā ℥j. Menthæ ʒj Epidem. Pæon. comp. ā ʒij. Confec AlKerm. ℈j. Ol Nuc. Moſc. gut. j. Syr. Garyoph. ʒiij. m.

Ad Spirituum lapſum, languorem, & deliquium.

*Hauſtus ad Caſum.*

℞ Vini Canar. ℥iv. Ol. Terebint. gut. x. Terræ ſigill. Sang. Drac. pul. ā ℈j. Sacch. alb. ʒij. m.

Acorem abſorbet; Sanguinis miſturam conſervat; characterem balſamicum conſolidantem eidem imprimit; & Hæmorrhegias internas ſiſtit.

*Hauſtus ad Catarrhum.*

℞ Aq. Tuſſilag. ℥vj. Sacch. candi albi ʒvj. Vitel. Ov. N. ij. probè conquaſſata, igni admoveantur, agien-

agitentur, commiſceantur; & lectum petenti propinentur.

In Tuſſi (aut ità dicam) Gutturali, Catarrhali, veſpertinâ à frigore ſuſcepto ortum ducente, quæ ſpeciatim inter decumbendum in lectum repetit, atque importunè concutiendo, quietemque prohibendo affligit; hicce hauſtus multùm auxiliari ſolet. Laringem enim dulci mucagine adeò munit, ut Seri acrioris, & irritantis aculeos non ſentiat; atque ità Tuſſim prorogat, & horam fallit, donec ſomnus obrepat, & Tuſſiendi tempus tandem elapſum ſit.

In Tuſſi verò Pectorali, quæ profundiùs radices egerit; & à ſanguine pituitoſo feculentias craſſas Pulmonibus ſuffundente dependet, perniencioſus eſſe videtur nimiùm liberalis Saccharatorum uſus; quia Cruoris maſſam fæculentiorem reddit; Bronchia infarcta graviori ſaburrâ infercit; putredinalemque diſpoſitionem Fibris inducit.

In Inſulâ Sancti Thomæ, ſub Æquatore (inquit Garencieres) molunt cannas Saccharinas; & quod ſupereſt expreſſo ſucco objiciunt Porcis; qui indè dicuntur in tàm miram Teneritudinem pingueſcere, ut de bonitate, cum Capis Hiſpanicis certent; denturque ventriculis invalidis. Vndè colligere eſt, quòd ſi Saccharum ea vi, & facultate polleat, ut Suillarem (omnium ferè carnium tenaciſſimam) ad tantam teneritudinem adducat; eâdem prorsùs ratione Corruptelam, & Sphacelum in Pulmonibus accelerabit; cùm ipſi ſint mollis, & ſpongioſæ ſubſtantiæ; & Stypticis, Aſtringentibuſque conſerventur.

*Hauſtus*

*Hauſtus Cephalicus.*

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥iij. Pæon. comp. Syrup. Pæon. comp. ā ℥ſs. Tinct. Caſtor. gut. xxx. Laud. liq. gut. xv. Cinnab. Antim. ℈j. m.

In Morbis Convulſivis Idiopathicis, qui ordiuntur primariò in Cerebro ipſo, vel Nervis (ob copulam heterogeneam Spiritus animales in exploſiones adigentem) ſummoperè conducit. In Sympatheticis verò, qui à merâ Irritatione (propter humores acres alicubi in viſceribus deliteſcentes, Vermes, aut Dentitionis cruciatus) excitantur, licet aliquid boni (ad præſentem ſcilicet exploſionem diſſlandam) apportet; Remedia tamen principalia aliundè (pro cauſarum varietate) eſſe deſumenda, nemini non liquidò ſatis manifeſtum eſſe poteſt. Ad Curationem propinetur (ſi quo modo poſſit) in ipſo Paroxyſmo; vel ſtatim eo finiente. Ad Præcautionem, veſperi per triduum ante Lunationem tempora.

*Hauſtus Conſolans.*

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥ij. Ment Roſ. Damaſc. Naphæ, Cœleſt ā ℨj. Cinnam. fort. Pæon. comp. ā ℨij. Confec. AlKerm. Pul. è chel. canc. comp. ā ℈j. Ol. Garyoph. gut. j. Syr. Garyoph. ℨiij. m.

Spiritibus lapſis, & decumbentibus fortiter ſubvenit. In Virium dejectione, Leipothymiâ, & Cordis palpitatione plurimum poteſt.

*Hauſtus è Cynogloſſo.*

℞ Succi Cynogl. ℥ſs. Aq. Papav. err. ℥iſs. Sacch. ℨij. Ol. Aniſi gut. j. m.

*Hau-*

*Hauſtus è Diagrydio.*

℞ Diagryd. gr. xij. ( ad gr. xv. ) Antimon. Diaphor. ℈ſs. Sal. Tart. gr. vj. ol. Iunip. gut. vj. Vitel. Ovi j. probè commiſtis adde Syr. Roſ. Sol. Aq. Lact. Cinnam. ā ℥ſs. Aq. Ment. Mirab. ā ʒij. Sp. Sal. Armon. gut. xij. m.

Detur. in Colicâ Biblioſâ.

*Hauſtus Diaphoreticus.*

℞ Aq. Card. bened. ℥iiſs. Epidem. Theriacal. Syr. de Mecon. ā ℥ſs. Antimon. Diaphor. ℈j. Ther. Androm. ℈ij. Spir. Sal. Armon. gut. xij. m.

Certius, jucundius, & potentius Diaphoreticum, vix erit facile forſan cuipiam invenire. Opiata enim Sudoriferis optime ſociantur, quia Sudoris evacuationem plurimûm promovent, atque laſſitudinem & moleſtiam ægris prohibent: Porro Cardiaca & Volatilia Opiatis benè adjiciuntur, quià Spiritus, ne Narcoticæ plagæ ſuccumbant, opportunè & fortitèr ſuſtentant.

Si Antimonium Diaphoreticum ( inquit Hofman. ) optimè paratum fuerit, ita ut multum de Terrâ Nitroſâ participet; ultra plures Annos, abſque ullâ noxâ ægrotis propinari poteſt. Secùs autem, ſi Sulphur Antimonii in eo excedat, ut a Nitro non debitè calcinatum fuerit; tunc manifeſtè tractu temporis Aeri expoſitum pravam, & malignam iterum induere poteſt naturam, quæ per vim Emeticam utplurimùm ſe exſerit: Ad quod evitandum ritè præparari debet.

Dr. Grevv eſſerit Antimonium Diaphoreticum ſpiritui Nitri, aut Vitrioli commiſſum notabiliter Efferveſcere; indeque argumentatur hanc Preparationem

mini-

minimè eſſe inutilem, prout aliqui (a Calcinatione, & Ablutione ejus ſuſpicaci ſunt, & aſtruxerunt. Mihi ipſi verò experimentum cum oleo Vitrioli facienti neſcio cur ſucceſſus defuit: nullum cujus omnino luctum exinde ortum curioſè obſervans animadvertere potui.

*Hauſtus Diureticus Acidus.*

℞ Aq. Raph. comp. ℥iſs. Spir. Vini Gall, Succi Limon. ā ℥ſs. Syr. Viol. ℥j. m.

Sitim tollit; Bilem temperat; Salium acores corrigit; Sanguinem refrigerat, fundit, liquat, Serumque copioſè ſecernit: Pituitam lentam incidit, attenuat, detergit; Vrinam ciet; & Arenulas evacuat. Convenit ubi adeſt Temperamentum calidum, Scorbuticum, Febrilis diſpoſitio; atque ubi Pituita vel Viſcida, vel Glareoſa Renes, aut Veſicam (abſque Inflammatione, Vlcereve) obſidens, Vrinæ curſum inhibet.

Suppreſſio Vrinæ totalis, quæ fit, non à Renibus ductibuſve Vrinariis Lapide, Sabulo, Mucove obſtructis; ſed à Sanguine ipſo confuſo, nimis ſtricto, & adeó obſerato, ut laticem aquoſum intimiùs permixtum è ſinu ſuo ægrè dimittat. Cujuſmodi caſus retulerunt Riverius, VVillis, Fr. Sylvius, atque inter medicinam faciendam ipſemet etiam aliquoties obſervari; exindeque eum agnovi, quòd nullus dolor vel Lumborum vel Pubis præceſſerat; & Veſica (teſte Cathetere) Vrinæ omninò vacua fuiſſet: Hæcce inquam notabilis & (niſi tempeſtivè & ritè tractetur) lethalis Vrinæ ſuppreſſio curatur (Dr. Baynard monſtrante viam) per ſpiritum Vitrioli, Nitrive in vehiculo idoneo liberaliter propinatum: atque eó certiùs ut opinor) ſi venæſectio præmittatur. Hujuſce in-

ſtantias

ſtantias apud Philoſoph. Tranſact. N. 215. lectu & obſervatu digniſſimas videre eſt.

*Hauſtus Diureticus Oleoſus.*

℞ Vini albi ℥iv. Ol. Amygd. dulc. ℥j. Ol. Terebint. gut. xx. Sacch. albi ℥ſs. m.

Vrinam, & Sabulum potenter expellit; & maximè commodus eſt, ubi Renes, Vreteres, aut Veſica ſunt (ſine magnâ tamen Inflammatione) excoriatæ, vel Vlceratæ. Item in Paroxyſmis Arenuloſis (non autem Calculoſis) ubi Vrina eſt admodùm limpida, vel nigra & turbida, vel ſanguinea, vel chyloſa, aut purulenta.

*Hauſtus Epilepticus.*

℞ Sal. Succini, Ol. Roriſmar. ā gut. ij. Sacch. alb. ʒj. optimè tritis in mortario vitreo adde Aq. Ceraſor. nig. ℥iſs. Aq. Rutæ Pæon. comp. ā ʒij. Spir. Lavend. comp. Sp. Sal. Armon. Laud. liqu. ā gut. vj. (plus minus, pro ætatis ratione) m.

*Hauſtus ad Febrem Vulnerâriam.*

℞ Aq. Lact. Alexit. ℥iiſs. Theriacal. Acet. ā ʒvj. Ocul. Cancr. ſubtil. pulv. ℈ij. Antimon. Diaphoret. ℈j. Sacch. candi albi ʒij. ol. Terebint. gut. iv. m.

Cavendum (inquit Fr. Sylvius) in Miſturis Oculos Cancrorum Aceto ſolutorum capientibus, ne Syrupi ex Mucaginoſis parati eis addantur; quoniam mox, aut paulo poſt redduntur inde Mucaginum adinſtar ſpiſſæ, & ad uſum ineptæ. Sed ipſe (qui hæc ſcribo) hujuſmodi ex Oc. Cancr. & Aceto Miſturas Saccharo ſolo edulcoratas, tractu temporis, inſtar Albuminum mucilaginoſas evaſiſſe obſervavi.

Hau-

*Hauſtus Febrifugus.*

℞ Aq. Card. ben. ℥iij. Theriacal ſtill. Syr. de Mecon. ã ℥ſs. Diaſcord. ʒſs. Sal. Abſint. ℈i. Sp. Sal. Armon. gut. xv. Ol. Garyoph. gut. j. m.

Aſſumat æger horam unam ante expectatum Paroxyſmi acceſſum; & lectum petens Sudorem quoquo modo ſolicitet; & duas horas perferat. Subſidio eſt in Febribus Intermittentibus; præſertim ubi Algor, Rigor, & Horror ſæviùs invadere; & longum durare ſolent.

Huic vero hauſtui non (quaſi infallibile eſſet remedium) ſemper fidendum erit: ſiquidem aliquos obſervavi, quibus Sudor hoc modo concitatus calidus & profuſus, adventante uſuali paroxyſmo repentè, & inopinató ceſſaverit; Horror Rigorque febrilis redierit; atque eò pejus tunc cum ægris actum fuerit, quòd madore ſqualentes Algorem moleſtiſſimè tulerint.

*Hauſtus Febrifugus Riverii*

℞ Aq. Cichorii ℥iij. Sal. Abſint. ʒſs. Spir. Vitriol. gut. xx. m.

Hauriatur horam unam ante Paroxyſmum in lecto, Sudorem provocando, & expectando: Atque ante ſubſecuturos Paroxyſmos repetatur, donec Febris tandem extinguatur. Eſt profectò Remedium minimè contemnendum, ad Febres Intermittentes Vernales.

Si aſſumatur ſtatim, luctu inter Alcali & Acidum adhuc vigente eo potentior erit.

*Hauſtus contra Fluorem.*

℞ Alb. Ov. N. j. conquaſſato adde Aq. Cinnam. fort. ℥iſs. m.

Si ſummatur mane & veſperi quotidiè, Fluorem album coercere, & Lumbaginem ejus comitem alleviare potis eſt. Semper verò abſtinendum eſt ab ejus uſu, appropinquantibus Menſtruorum recurſibus.

*Hauſtus Hæmoptoicus*

℞ Aq. Plantag. ℥iv. Aceti, Syr. è Sympht. ā ℥ſs. Album Ovi conquaſſ. N. j. m.

Hoc reverâ Nobile, Expertum, & Parabile remedium, Sanguinem bullienter proſilientem potenter refrigerat incraſſat, & refrænat: Vaſorumque aperturas conſtringit, occludit, & conſolidat.

*Hauſtus Hydragogus.*

℞ Gum. Gamand. Crem. Tart. pul. ā g. xiv. Ol. Iunip. gut. iij. diſſolve diligentèr in Mortario in Vini albi ℥iij. addendo Sacch. albi ʒiſs. m.

Vide Pil. Hydrag.

*Hauſtus Hyſtericus.*

℞ Aq. Puleg. ʒij. Bryon. comp. ʒiij. Tinct. Caſtor. ʒj. Succi Rutæ ℥ſs. Syr. de Artemiſ. ℥j m.

Exhiberi poteſt ante, inter, vel immediatè poſt Paroxyſmum.

*Hauſtus Iaponicus.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥ij. Syr. è Roſis ſicc. ʒij. Ter. Iapon. pul. ℈j. Sacch. Saturni gr. iv. Ol. Cinnam. gut. j. Laud. liqu. gut. xx. m.

Mirificis pollet virtutibus contra Sanguinis Vomitum, Hæmoptoen, Menſium profuſionem, & quaſcunque internas Hæmorrhagias.

*Hauſtus*

*Hauſtus Lacteus.*

℞ Vitel. Ov. N. j. Sacch. candi rub. ʒvj. Aq. Roſ. rub. ℥j. Lactis ℥iv. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. optimè commiſceantur.

Sumatur manè pro Ientaculo, & Veſperi pro Cœnâ, quotidiè per longum tempus; ad Febrem Hecticam, Sudores nocturnos, & Atrophiam, non à Pulmonum ulceratorum, ſed à Sanguinis ipſius acris, & fermenteſcibilis, vitio, ortam.

*Hauſtus Nitroſus.*

℞ Aq. Papav. errat. ℥iij. Sal. Prunel. ʒj. Syr. Viol. ℥j. m.

Sanguinem refrigerio perfundit, ejuſque lentorem incidit, & Obſtructiones, inflammationeſque indè natas excutit, & extinguit; Sitim ſedat; Vrinam movet. Valet præcipue contra Pleuritidem. Peripneumoniam, & Febres Inflammatorias malignitatis expertes.

*Hauſtus Oleoſus.*

℞ Ol. Lini (non rancidi) ℥iij. Ol. Aniſi gut. iij. Syr. Capil. Ven. ℥j. Spir. Sal. Armon. gut. xij. m.

Ad Pleuritidem (cum cruento ſputo) Peripneumoniam & Aſthma (Venæſectionibus debitis non neglectis) *ariſton*

Ab oſſumpto Oleo, horam abſtineat æger à quibuſcumque Liquoribus: ſecùs enim Oleum illis ſupernatans in Ventriculo, Nauſeam excitabit; exindeque per Vomitum rejicietur.

Oleum recens extractum requirimus, quia palato gratius non adeo nauſeam excitat; ſed inveteratum & raucidum potiùs eligere debemus, quia potentiùs digerit, & expectorat.

De-

Delicatulis verò ſi recens parari nequent, iſtud (ut habet Etmullerus) ad ſolem depurandum & ita reſervandum eſt; nempè ℞ Ol. Lini expr. Aq. tepidæ ā concutiantur benè invicem, & quantum poſſibile commiſceantur; poſtea relinquantur in ſole; & ſemper quod in fundo eſt ſeparetur, hocque totiès donec oleum purificetur.

Audivi oleum optimè depurari poſſe libræ uni olei addendo ℥j. pul. ſalis Nitri, & ſimul in phialâ ſursùm deorsùm agitatâ, diu & fortiter conquaſſando.

*Hauſtus Paregoricus communis*

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥iiſs. Aq. Epidem. Cinnam. fort. à ʒij. Syr. de Mecon. ℥j. m.

Frequentiſſimi uſûs eſt, ad Dolorem pacandum, & ſomnum conciliandum.

*Hauſtus Paregor. Refrigerans.*

℞ Aq. Papav. Rhæad. ℥ij. Aq. Sperm. Ranar. Syr. Limon. ā ℥j. Laud. liq. gut. xxv. m.

Ad eoſdem uſus; præcipuè ubi datur Febris, & Sitis intenſa.

*Hauſtus Paruvianus.*

℞ Aq. Card. ben. ℥ij. Aq. Epidem. Syr. Garyoph. ā ʒij. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. Pul. Cort. Peruv. ʒj m.

Gratiſſimus hic modus eſt exhibendi Corticem ad Febres Intermittentes.

*Hauſtus Pleuriticus.*

℞ Pul. Olib. (vel Reſinæ Pini) pulv. ʒj. Vitel. Ovj. Diacod ʒvj. Aq. Papav. ℥j. Aq. Theriac. ℥ſs. Ol. Aniſi gut. ij. Sp. Sal. Armon. gut. xij. m.

*Hauſtus*

*Hauſtus Præparans.*

℞ Vini Ren. ℥iij. Crem. Tart. pul. ʒj. Syr. è 5 Rad. Oxym. Scill. ā ℥ſs. m.

Cap. veſperi purgationem præcedenti, ſi Phlegma viſcoſum Ventriculum & Inteſtina inſtar glutinis oblinat.

*Hauſtus Saccharinus.*

℞ Aq. Roſar. Damaſc. Cinnam. Hord. Sacch. candi rubri ā ℥ij. diſſolve ſuper ignem pro unico hauſtu veſpertino.

Vires æmulatur Hauſtûs ad Catarrhum: Partibus enim exquiſitè ſenſilibus, & irritabilibus mucorem obducit; eaſque contra Rheumatis injurias defendit: Serum tenue incraſſat; & acre obtundit. Ob enormem verò (quâ ſaturatur) Sacchari quantitatem, minime debet iis obtrudi, quorum Ventriculus copiosâ phlegmatis viſcoſi ſaburrâ oblinitur, & oneratur.

*Hauſtus è Salibus volatilibus.*

℞ Sal. volat. CC. ℈ſs. Sal. Succini gr. v. Vini Canar. ℥iv. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Sacch. albi ʒij. m.

Commodiſſima hæc videtur formula, quà minimo cum palati offenſo, aſſumi poſſunt Salia volatilia: atque eſt planè quoddam Sal. Volatile Oleoſum extemporanee paratum. Spiritus labaſcentes, aut poſtratos exſuſcitat; Sanguinem grumeſcentem diſſolvit; lenteſcentem incidit; ſtagnantem commovet; fæculentum depurat; & Vrinam ciet. Vtiliſſimè præſcribitur ad Capitis gravedinem; Lethargum; Paralyſin; Leipothymiam; Cordis tremorem; Pleuritidem, & Hydropem.

*Hauſtus*

*Hauſtus Saponaceus*

℞ Sapon. Venet. raſ. ā ℈ij. ad ℈iv. coq. in Lact. ℥vj. ad ℥iv. adde Sacch. albi ʒiij. col.

Detur manè, & quartâ pomeridianâ, per quatriduum, vel quintiduum, ad Icterum. Valentiſſimum habetur remedium.

Barbette refert de quâdam annos circiter viginti natâ, quæ integrum per annum laboraverat motibus Epilepticis a 7 matutinâ in horam 9 veſpertinam durantibus, cum ſpumâ oris, ſine loquelâ, aut ſenſu; cui ſequentem hauſtum bis quotidie propinavit, & menſis ſpacio ſanitatem ei reddidit.

℞ Sapon. Hiſpan. albiſs. ʒſs. coq. ex Lact. vaccino, & col. ℥iij. dentur potui.

*Hauſtus Saturninus.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥iſs. Aceti ℥ſs. ſucci Vrticæ ʒij. Syr. de Mecon. ʒvi. ſacch. Saturni gr. vj. Alum. gr. iij. ſang. Drac. ʒſs. m.

Ad Hærmorrhagias.

*Hauſtus Stypticus.*

℞ Aq. Plantag. Sperm. Ranar. ā ℥iſs. Aq. Cinnam. hord. Aceti ā ʒiij. Syr. Nymph. ℥ſs. Croci Martis aſtring. ʒſs. Sacch. Saturni gr. v. m.

Quibuſcumque Hæmorrhagiis; præſertim Mentium profuſioni; & Sanguinis Vomitui, felicitèr medetur.

*Hauſtus Varioloſus.*

℞ Coccinel. integ. ℈j. coq. in Aq. Lact. Alexit. ℥iv. col. ℥iij. diſſol. Diaſcord, ā ℈j. ad ʒj. Diacod. ʒvj. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m.

Hauſtus

*Hauſtus contra Vomitum.*

℞ Aq. Cinnam. fort. Syr. Limon. ā ℥ſs. Sal. Abſinth. ℈j. Ol. Nuc. Moſch. & Caryoph. ā gut. j. Laud. liqu. gut. xx. m.

Expertiſſimum, Vtiliſſimum, & rarò fallax remedium. In Colicâ cum Vomitione enormi, & Aſtrictione alvi pertinaci, addere potes pul. Rhab. ʒſs. & reiterare donec operetur.

*Hydrogal. Chartacei* lib. iij.

℞ Chartæ Scriptoriæ optimæ Schedas N. iv. Panes biſcoctos Neapolitanos N. ij. Aq. lib. ijſs. coq. ad lib. iſs. col. adde Lactis lib. iſs coq. iterùm ad lib. ij. & adde Nuc. Moſch. raſæ, & Sacch. albi q. ſ. m.

Edulcorat, Incraſſat, Obſtipat: In ſpecie, Sudoribus matutinis, Diarrhææ; & Menſium immodico fluxui laborantibus ſuccurrit.

*Hydromel Aſthmaticum.*

℞ Flor. recent. Digitalis lib. ſs his affunde Aquæ font. calentis lib. ij. arctè claude in ollâ invitreatâ novâ, poſtridie exprimendo cola. hujus lib. iſs. adjunge ſ. a Gum. Ammon. (Aceti ℥iv. ſoluti) ℥j. Mellis ℥iv. Tinct. Benzo. ʒij.

Cochleatim aſſumatur; addendo pro re natâ ſp. Sal. Armon.

*Hydromel Calceum.*

℞ Aq. Calc. lib. viij. Lig. Guajaci. Saſſafr. ā ℥ij. Sem. Carui, Coriand. ā ℥ſs. Glycyrrh. ℥j. Paſſul. Malacenſ. ℥ij. fiat maceratio frigida per integrum diem; liquori tranſcolato adde Mellis ℥viij. m. ſuper lentum ignem.

Lixivium Calcis ſale gaudet ſui generis egre-

gio,

gio, a quo præcipitatis acribus (tùm Muriaticis, tum Acidis) ſanguinis particulis, tota maſſa miteſcit, atque indè faciliùs novum chylum amplectitur, & in propriam naturam ſubigit; quo fluxio chyli ad partes Vlceratas ſit minor; & conſequenter expeditior fit ſanatio Vlcerum.

*Hydromel cum Ceraſis.*

℞ Aq. f. lib.xij. Mell. lib.ij. ad perfectam deſpumationem coctis adjice Succi Ceraſor. acidulor. lib.ij. rurſus bulliant parum ſpumam accuratiſſimè auferendo.

Saporis erit jucundiſſimi, & pro potu ordinario inſerviat.

Eodem planè modo, conficies è ſucco Citri, aliiſque Succis gratis & acidis inquit, Dr. Laſher.

*Hydromel. Diuretici* lib.ij.

℞ Rad Rubiæ Tinct. Fænic. ā ℥j. Petroſel. ℥ij. Bac. Lauri, Iunip. ā ℥ſs. Sem. Dauci ſylv. Fænic. dulc. ā ʒij. Coq. in Aq. font. lib.ijſs. col. ℥xxviij. adde Succi Parietar. Mellis ā ℥iv. percoq. ad deſpumationem.

*Hydromel Diuretico-Lævigans.*

℞ Rad. Alth. ℥ij. Fænic. Petroſel. ā ℥j. Her. Malv. Mij. Paſſul. Malacenſ. ℥j. Glycyrh. ℥ſs. coq. in Aq. Hord. depur lib.iij. ad ij in col. diſſol. Gum. Arab. ℥j. Mellis ℥iij. coq. ad deſpum.

Doſ. ℥iv. cum totidem unciis Vini albi ter in die.

*Hydromel Ioelis.*

℞ Rad Zedoar. ℥ſs. Gum. Ammon. (non col.) ʒij. Flor. Sulph. ʒiij. Mellis deſpum. ℥ij. Aquæ lib j. coq. (non deſpumando) ad ℥xij. ſub finem addendo Croci gr.xij. quando friget, col.

Potentèr admodùm incidit, eliquat, & educit Phlegma viſcidum, ductus pneumonicos inferciens; exindeque Orthopnæam, & Aſthma humidum inferens. Vtrum verò conveniat in Aſthmate ſicco, convulſivo, febrili, nondùm ſatis habeo perſpectum: ſed veriſimile mihi videtur, quòd in iſto rerum ſtatu, Sanguinem nimis effervefacere, humorum orgaſmum concitare, & conſequentèr Paroxyſmum intendere, poteſt. Patienti ſæpiùs propinetur cochl. j. vel. ij.

1. *Hydromel. Pectoralis* lib.ij.

℞ Glycyrrh. ℥ij. Paſſul. ſol. expurgat. ℥iv. coq. in Aq. Hord. depuratæ lib.iij. ad lib.ij. col. adde Mellis ℥ij. coq. ad deſpumationem.

2. *Hydromel. Pectoralis* lib.ij.

℞ Hord. perl. Paſſul. ſol. exacinat. ā ℥ſs. Fic. N.iv. Rad. Liquirit. ʒij. Enulæ, Ireos Florent. Cal. arom. Herb. Nicot. ſicc. ā ʒj. Tuſſilag. Hed. terreſt. Eryſimi, Saniculæ ā Mj. Sem. Fœnic. dulc. & Aniſi (ſub finem addit.) ā ʒij. f. decoct. in Hydrom. ſimpl. lib.iij. ad lib.ij. col.

Æquè ferè incidit, & Expectorat, ac ſuperius illud Ioelis: ſed inſupèr, validiùs Emollit; Lubricat, Digerit, & Maturat. Vſui erit benefico in Tuſſi profundâ, & laborioſâ; quandò ſcilicèt Thoracis intimi receſſus crudâ, lenteſcentique Pituitâ obferciuntur, & aggravantur. In Catarrho autem febrili, tenui, & acri, per glandulas gutturales perpetim depluente, omninò noxium eſſe reperietur; propterea quòd Humores nimiùm fundendo, calefaciendo, & tumultuariè exagitando, Affectum certò certiùs plurimum augebit. Dentur ℥iij. calidè ter in die.

*Hy-*

*Hydromel. Simplicis* lib.iv.

℞ Aq. puræ font. lib.iv. Mellis lib.ſs. coq. ad perfectam deſpumationem.

Aliqui parant cum Aquæ lib.v. & Mell. lib.j.

Hydromeliti cuilibet compoſito conficiendo inſervire poteſt; & rariùs uſurpatur per ſe: Nihilominus ſat congruum videtur Aſthmaticis, durante paroxyſmo, in potum ordinarium; & diuturnâ Tuſſi laborantibus.

Mel conſtat ex principio dulci, viſcido manifeſto; & acri volatili latente. Ab Acredine Detergit, & Siccat: A Viſciditate digerit, & ſanat.

Zvvelferus Mellis depurationem per violentas coctu-ras maximè improbat, ſolam ſimplicem per manicam Hippocratis colaturam in loco moderatè calido, admittit, & laudat. Ita ſine omni coctione aut deſpumatione, Mel puriſſimum, ſuo in eſſe naturali durabile, propriiſque virtutibus prægnans aſſervari poſſe ac deberi affirmat.

Si verò multùm coquatur, exinde fiet, ut Cera, & Propolis illi intimiùs permiſceantur, nunquam poſt a Melle ampliùs ex toto ſeparabilia, quin impuritas maxima ingratuſque ſapor & odor Melli impreſſa maneant tenaciter, deciès liceet clarificetur.

Atque aſſerit totam Mellis ſubſtantiam in bullas, & nihilum tandem abire poſſe (præcipuè ſuperinfusâ ſæpiùs aquâ) ſi immoderatè, & ſæpiùs decoquatur.

*Hydromel de Symphylo.*

℞ Rad. Symph. maj. ℥iv. Herb. Plantag. Mij. Sem. Papav. alb. Hyoſcy. ā ʒij. coq. in Aq. Hord. depur. lib.iij. ad ℥xxviij. col. diſſol. Mellis ℥iv. Sacch. Saturni. gr. xxiv. cum refrixerit adde Album. Ovor. conquaſs. N.iv. optimè commiſceantur.

Ad Hæmorrhagias quaſcumque dentur ℥iv. pro doſi.

*Infuſi Amari* lib.iv.

℞ Aq.deſtill. lib.iv. Spir. Vini lib.ſs. Sal.Tart.gr.32. Rad. Gent. ʒiij. Summit. Card. ben. Centaur. min. Fl. Chamæm. ā ʒvj. infunde in Balneo 12. horas & col.

Propinare ſoleo vel per ſe; vel cum Vino Amaro ad hunc modum.

℞ Infuſi & Vini Amari ā lib.ſs. vel

℞ Infuſi Amari ℥xij. & Vini Amari ℥iv. m. Doſ. Cochl. vj. vel viij. bis die.

*Infuſ. Amar. Chalybeati* lib.iv.

℞ Aq. Lact. Alexit. lib.iſs. Ment. Gent. Comp. Lumbric. Magiſt. ā ℥iv. Rad. Gent. ℈iv. Summit. Card. ben. Centaur. min. Fl. Chamæm. ā ℈viij. infunde calidè per noctem. Col. lib.ij. adde Vini Chalyb. lib.ij. m.

*Infuſ. Anthelminthicum.*

℞ Sem. Santon. contuſ. ℥ſs. Aq. Ment. ℥iv. Gent. Comp. Cinnam. ā ℥ij. infunde calidè hor. j. col. adde Syr. è Cich. cum. Rhab. ℥ij. Ol. Nuc. Moſc. gut.ij. m.

Sumat Puer cochl.ij. bis in die per tres dies; deindè propinetur Catharticum.

Quoniam Pueri Amara non admittunt, Inſtrumento quo os divaricatur, (ſupinis faſciola ipſis violentèr detentis, ore diſtanto) per Clyſteridium quodpiam (fiſtula non fragili munitum) invitis, Amara quanto plus fieri poteſt intimiùs tranſmiſſa injiciamus, inquit Ægineta lib.4. cap.57. p.384.

### *Infuſum Araldinum.*

℞ Herb. Digital. Herb. Polypod. querc. ā ℥iv. conciſ. & in ollam fictilem invitreatam conjectis affunde Aquæ font. ad trium digitorum tranſverſorum ſupereminentiam. Deinde vaſe benè clauſo macerentur remiſſo calore per integrum diem: & coletur cum lævi expreſſione, ut liquor perſtet Cereviſiæ colore limpidus.

Ad Morbos Convulſivos percurandos, dentur veſp. & mane, Adultis cochl. v. & Infantibus cochl. j.

### *Infuſum Arthriticum.*

℞ Chamæpit. ſicc. contuſ. ℥j. Flor. Lavend. ſicc. Theriacæ Venet. ā ℥ſs. Vini rub. generoſi lib.ij. macera duas horas ſuper prunas candentes, & col.

Ad affectum à Ventriculo depellendum propinetur lib.ſs. & repetatur doſis quotiès præſenti Medico viſum fuerit.

### *Infuſi Cardiaci* lib.j.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥j. Conſ. flor. Borag. ℥ij. Cort. Citri cond. ʒvj. affunde Aq. Borag. ℥ix. Aq. Vlmar. ℥iij. Aq. Roſ. Dam. ℥ij. miſce diligentèr in Mortario Marmoreo; macera frigidè horam vnam; & col. adde Succi Chermes ℥ſs. Succi Limon. ℥j. Syr. è Rubo Ideo ℥ſs. trajice per manicam Hippoc. & f. liquor clarus.

Sanguinis nimis inflammabilis fervores, & impetus reſtringit, & ſedat; ſimulque Spiritus atrabilaria nube obfuſcatos, & depreſſos, clarificat, & levat. Solatium affert gratum Febri ardente; Affectu Hypochondriaco, & Melancholico laborantibus. Bibat patiens ℥iv. ter de die.

*Infuſi Cephalici* lib.iiiſs.

℞ Sterc. Pavon. albi ℥iv. Millep. contuſ. ℥j. Aq. Ceraſ. nig. Vini albi ā lib. iſs. Infunde 24. horas frigidè; col. per manicam clarificatæ adde Aq. Langii ℥iij. Sp. Lavend. comp. ʒiſs. Ol. Nuc. Moſc. gut.iij. Syr. Pœon. Comp. ℥vj. m.

Cerebri meatus fæculentiis obſtipatos, & impeditos reſerat; ejuſque Tonum flaccidum, & conniventem roborat. Spiritus animales copula heterogenea onuſtos, & irritatos defæcat; eoſque imbecilles, & nutantes reficit. Capitis demùm nubila, & tenebras diſcutit; illique ſudum ſerenum, & claritatem felicitèr conciliat, vtimur ergò auſpicatò ad Idiopathicum Capitis dolorem; Vertiginem; & Scotomiam, exhibendo ſcilicet ℥iv. manè & ſerò.

*Infuſi Chamæmeli* lib.ij.

℞ Aq. Deſtill. lib.ij. Spir. Vini ℥iv. Sal. Tart. ℈ij. Flor. Chamæm. contuſ. ℥ij. infunde ſuper cineres ſ. a. & cola.

Vide Decoct. Febrif. Amar.

*Infuſ. Colicum.*

℞ Rad. Zedoar. contuſ. ℥ij. Vini Canar. Spir. Vini com. ā lib. ſs. macera leni tepore 12. horas, col. adde Ol. Iunip. gut. xvj. Ol. Garyoph. gut.iv. Sacch. albi ℥j. m.

*Infuſ. Epilept.* lib.ij.

℞ Viſc. arbor. conciſ. & contuſ. ℥iv. Succi Rutæ ℥j. Spir. Vini com. ℥iv. Aq. font. ℥xxviij. Sal. Tart. ℈ij. infunde leni tepore 12 horas: col. per ſubſid. depur. adde Syr. Pæon ℥iv. m.

*In-*

*Infuſum Hiſpanicum.*

℞ Aq. font. lib.iij. Sal. Tart. ℥ſs. Croci (minutim forcipibus conſciſſi) ʒſs. Succi Glycyrrhizæ Hiſpan. (in tenues lamellas redacti) ℥j. degere calidè, & clausè, 24 horas, & col.

Edulcorat, maturat, incidit, expectorat. In Defluxione tenui, è Gulæ Glandulis tranſudante, veſperi præcipue repetente, & moleſtiſſimâ Tuſſi vexante, propinetur lib ſs. frigidè ſingulis noctibus lectum ingreſſuro. In Tuſſi verò Pectorali, quæ vel à lymphâ acri in Pulmonum Bronchia, aut Appendices lobulares, perpetim ſuffusâ; vel à materiâ craſsâ ibidem depoſitâ, obſtruente, & aggravante, natales ducit; ℥iv. calidiſſimè abſorbeantur Aurorâ & Veſperi quotidiè. In Febriculâ Catarrhali, cum horripilationibus, & æſtibus ſe mutuò excipientibus, & vagè recurrentibus, Capitis hebetudine; Oculorum rubore; Aurium tinnitu; & copiosâ tenui Narium Deſtilatione, ſtipatâ; pitiſſetur calidè (inſtar *Coffee*) frequenti repetitione ad libitum; frigus interim curiosè cavendo.

*Infuſi Purganti* lib.j.

℞ Sennæ ℥j. Tart. albi pul. ℥ſs. Aq. flor. Sambuci, Vini albi ā lib.ſs. Infunde tepidè, & clausè in vaſe vitreo (non autem æneo) xij. horas; col. claræ ℥xij. adde Syr. è Cich. cum Rhab. ℥iv. Ol. Aniſi, & Ol. Nuc. Moſc. ā gut. ij. m.

Senna (inquit Sylvius) blandum eſt medicamentum, ſi aut in ſubſtantiâ, aut Infuſo exhibeatur; non autem, ſi Decoquatur: tunc enim tormina ſolet producere; præſertim iis, qui humoribus ſcatent Auſteris, aut acidis. Hoc Infuſum tàm Pueris, quàm Adul-

tis

tis (mutatâ tantum pro ætatis ratione, doſi) benè convenit: benigniſſimè enim, & tamen efficaciſſimè operatur. Sin verò vlteriori adhuc ſtimulo opus fuerit, grana aliquo Scammoni Sulphurati ſingulis doſibus poſſunt adjici. Adultis communiter ℥iv. vel ℥v. exhibeantur. Atque hinc doſis Iunioribus proportionata facile ſupputari poteſt.

*Infuſi Reſerantis* lib.ij.

℞ Fol. Ficus virent. ℥j. Rad. Bellid. min. ʒvj. Rad. Contray. ʒij. Aq. font. lib.ij. Spir. Vini com. ℥ij. Sal. Tart. ℈j. f. Infuſ. calida & clauſa ſ. a. col. edulc. Sacch. q. ſ.

Ad Sanguinis compagem nimis ſtrictam reſerandam.

*Infuſum Rhubarbi compoſitum.*

℞ Rhabarb. ʒij. Mirobalan. citr. ʒj. Sal. Abſinth. gr.xv. Aq. Plantag. & Aq. Cinnam. fort. ã ℥ij. infunde tepitè, & clausè per noctem; col. adde Ol. Aniſi. gut.j. Syr. Roſ. Sol. ℥ſs. vel ʒvj. m.

Aliquando ad hunc modum præſcribo.

℞ Rhab. inciſ. ʒij. Sp. Vini ℥iſs. Aq. Cinam. ℥j. infunde horam j. ſuper prunas candentes coll. adde Syr. Roſ. Sol. ℥j. Ol. Nuc. Moſc. gut.j. Pul. Rhab. ℈ſs. m.

Materiam Inteſtina laceſſentem evacuat; Tormina compeſcit; Flatus diſſipat; Viſcera roborat; eorum lubricitatem corrigit; Tonumque ſtabilit; atque ità omnibus inſtruitur requiſitis, ad Diarrhæam ritè, & rationabilitèr ſiſtendam, & curandam.

*Infuſ.*

### *Infuſum Roſatum.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥iv. Ol. Sulph. gut. 48. (vel q. ſ. ad idoneam aciditatem) Aq. font. lib. ij. macerentur calidè in vaſe vitreato per noctem, & col. per Manicam.

Idem facit, ac Tinctura Roſarum; nempè Sanguinem ardentem refrigerat; æſtuantem cohibet; acrem corrigit; attenuatum incraſſat; Bilem temperat; Sitim explet; Ventriculum reficit; Appetitum reſtaurat; & moderatè aſtringit. Iulapium eſt ſatis gratum, & vtile in Febribus ardentibus, & malignis; in Hæmorrhagia narium; Hæmoptyſi; Vomitu cruento; Diarrhæa bilioſa; Dyſenteria; Menſium fluxu; Pica, & Abortûs periculo. Dentur ℥iv.

Eodem modo paratur Infuſum Lujulatum, aut Violatum ex Conſerv. ℥iv. & Aq. font. lib. ij.

Contra æſtum ventriculi, & Sitim in Febribus.

### *Infuſum Roſatum comp.*

℞ Flor. Roſ. rub. ſicc. Flor. Balauſt. ā ʒij. Cort. Querc. ℥ſs. Aq. font. lib. ij. infunde calidè xij. horas; col. adde Aq. Cinnam. hord. ℥iv. Sacch. albi ℥ij. Ol. Nuc. Moſch. gut. ij. m.

Potentèr aſtringit; ideoque conducit in Diarrhæa, & Hæmoptyſi: ſed quoniàm damnoſè ab imperitis, aut incogitantibus vſurpari poterit; duas hic, obſervatu dignas, lubens adjiciam Cautiones.

Primo, In Alvi fluxu ſymptomatico, ſi Febris acuta morbus ſit primarius; tutiùs eſt exquiſitis Alexipharmacis arduum hoc negotium aggredi, quàm perperam adhibitis Aſtringentibus, & Opiatis, humores malignos concentrare; Sanguinis depurationem inhibere; Spirituſque vacillantes dejicere.

Se-

Secundò in Hæmoptyſi, poſtquam jam actu ſiſtitur Sanguinis eruptio; dum Cruor grumoſus, aut Sanguis extravaſatus Pulmonibus reſtat; peſſime audiunt Aſtringentia; quatenùs nempe Excreationem impediant; Suffocationes; Anhelitus interceptionem; Febres vehementiſſimas; inflammationes partis; & ſubinde Mortem acceſſant. Doſ. ℥iij. vel ℥iv. repetendo donec Intentioni ſatisfiat.

*Infuſi Rubri* ℥viij.

℞ Diaſcord. ʒſs. Coccinel. ℈ij. Garyoph. ℈j. Vini rub. Lisbonenſis ℥vj. Aq. Cinnam. ℥ij. ſtent 2 horas (obturato vaſe) ſuper cineres calidos. Col. adde Syr. Cydon. (vel de Mecon.) ℥iſs. m.

Pro duabus doſibus contra Diarrhæam.

*Infuſi Styptici* lib.ij.

℞ Rad. Vrticæ vrentis ℥iv. Sal. Prunel. ʒſs. Succi Vrticæ ℥ij. Aq. font. lib.ij. f. Infuſio calida 12 horas: col. adde Syr. Alth. (vel de Mecon.) ℥iv. m.

*Infuſi Traumatici* lib.ij.

℞ Caulium virid. Solani lignoſi conciſ. ℥iv. Coccinel. ℈j. Vini albi lib.ij. Infunde calide, & clauſe, per noctem; col. adde Syr. Hed. terreſt. ℥iv. Ther. Ven. ʒſs. m.

Singulare eſt experimentum ad Caſum ab alto, & Contuſionem: Cruorem quippe extravaſatum, & grumeſcentem mirificè diſſolvit; in Maſſam ſanguinis circulantis denuò propellit; atque illinc partim per Diaphoreſin; partim per Diureſin; partimque nonnunquam per Catharſin, exterminat. Tam potenter, & ſpecificè operatur, vt aliquando (non ſine ſtupore) notavi Vrinam, ab hujus vſu, reddi (propter grumos

ſolu-

ſolutos, abſorptos, & Sero commiſtos) plane Nigricantem. Aſſumantur ℥vj. bis, vel ℥iv. ter in die.

*Infuſ. Vrticæ.*

℞ Rad. Vrticæ recent. ℥iv. Herb. Vrticæ ℥ij. Sem. Vrticæ, Dauci ſylv. Aniſi. Cymini ā ℥ſs. Aq. Calentis lib.iv. f. Infuſ. calida in furno xij. horas, liquoris (colati, & per decidentiam à craſſamento liberati) ℥xxviij. diſſolve Gum. Arab. ℥ij. Alum. crudi gr. xxxij. Syr. Boyl. (vel Diacod.) ℥iv. m.

Contra Vrinam cruentam, atque Renum & Veſicæ vlcera propin. ℥iv. pro doſi.

*Infuſ. Zedoar. Comp.*

℞ R. Zedoar. Cal. Aromat. ā ℥ſs. Sem. Carui, Fænic. d. ā ʒij. Nuc. Moſc. Cardamomi Croci ā ʒj. Garyoph. Gran. Parad. ā ʒſs. Aq. Lact. Alexit. lib j. Aq. Ment. lib ſs. Aq. Cinnam. ℥iv. Aq. Gent. comp. Abſint. comp. á ℥ij. macerentur in calore Hypocauſti per diem naturalem: col. adde Spir. Lavend. comp. Spir. Sal. Armon. ā ʒij. m.

Stomachicum, & Cephalicum eſt. Valet contra Colicam Pictonum Affectionem Arthriticum a Ventriculo & Inteſtinis expellit.

*Iulapii Acido-dulcis* lib.ij.

℞ Aq. font. puræ ad medias coctæ ℥xxviij. Syr. Violar. ℥iij. Syr. Garyoph. (vel è Rubo Idæo) ℥j. Sp. Vitrioli q. ſ. ad gratiam, m.

Acida Bilioſis in Febribus (inquit Riverius) nunquàm omittenda; quià Amara dulcificantur per acida; quæ, ſi intenſa ſunt in ſuo gradu (ut Sp. Vitrioli, aut Sulphuris) ipſius Aloes & Colocynthidos amaritudinem delent; Bilis autem flava ſuo amarore ſpoliata;

mor-

mortua eſt, & innoxia. Atque alibi dicit. De Spiritu Vitrioli, & Sulphuris hoc diligenter advertendum, in Febribus Putridis magnum eſſe illius uſum; quia inſignem vim habet refrigerandi, aperiendi, Putredini reſiſtendi, Inflammabilitatem humorum prohibendi, & Sitim ſedandi. Attamen in Pleuritide, Peripneumoniâ; Hæmoptoe, Phthiſi, cæteriſque Pulmonum affectibus, Ventriculi inflammatione, Dyſenteriâ, Renum, & Veſicæ, ulceribus, plurimùm nocere, & ab eo abſtinendum eſſe.

Iulapium hoc elegantiſſimum, & longè gratiſſimum exhiberi poteſt frigidum in Febribus ardentibus ad ℥iij. vel ℥iv. ſextis horis.

Vt Acidorum chymicorum vires ampliùs illuſtrem, Obſervationem oppidò raram, mirabilem, utilemque hic memorabo.

Servus Rhedarius D. Dixon de Maidſtone Variolis confluentibus perniciosè decumbens, die ab Eruptione decimo, Phreneſi correptus ex Gingivis, Naribus, Auribus, Oculis, Pene, etiam & ex Puſtulis varioloſis, Sanguinem (terribile viſu) profudit.

Ita ſors tulit, ut eo ipſo die advocatus fueram ad illud oppidum: ideoque D. Finch Pharmacopæus pro hoc ſuo patiente me conſuluit.

Primùm quidem inevitabile (ut videbatur) Fatum exhorreſcens, medicamina morienti porrigere recuſavi: Sed illo acriùs inſtante, & repulſam pati nolente, liberalem Sanguinis miſſionem imperavi; & hauſtum è fortioribus Stypticum, & Paregoricum præſcripſi.

His nihil proficientibus, malum Cuneum malo Nodo deberi ratus, Olei Vitrioli guttas quadraginta ex vehicula ſatis largo ſtatim propinandas; & elapſo horæ dimidio reiterandas, ſuaſi.

Has

Has ſimul ac ſumpſerat. Deus bone! quanta rerum mutatio! quanta paſſus eſt! Conturbationes inexplicabiles; & Angores adeo intolerandas, ut poſtea (ſanus, & eorum recordatus) vel ipſam vitam tali pretio redimere vix tanti eſſe dixerit.

Omnes autem illicò Sanguinis Cataractæ ſunt occluſæ: mox obdormivit; poſtea mente conſtans, & febris expers evigilavit; atque ab eo tempore ſensim convaleſcens, ſanus & ſoſpes evaſit.

*Iulapii Alexiterii* lib. j.

℞ Aq. Lect. Alexiter, Ceraſor. nig. ā ℥iv. Aq. Rutæ ℥iij. Epidem. ℥ij. Tinct. Croci (Aq. Theriac. paratæ) ℥j. Syr. Caryophyl. ℥ij. Lap. de Goâ. Lap. Contray. ā ʒj. Confec. Alkerm. ʒij. m.

Neceſſarii usûs eſt in Febribus putridis, & malignis, ubi Spiritus à Veneno deleterio, & ſphacelante ferè obruuntur, & enecantur; ad illos nempè vividè expandendos, & exſuſcitandos; indeque ad Sanguinis miſcelam debitam reſtaurandam; Venenum debellandum; & foràs eliminandum. Ad hos fines pro re natâ concedi poteſt ad cochl. v. octavis, ſextis, vel tertiis horis. Diligentèr verò obſervandum, quòd quamprimum Phlogoſis Spirituum, & Sanguinis hoc ritu reſtituitur; ne incendium funeſtum indè ſuboriatur, prorsùs ab hujuſmodi calidiorum uſu tempeſtive abſtinere oportet; aut ſaltèm eorum doſis minuenda, & rariùs repetenda eſt.

*Iulapii Antemetici* ℥xij.

℞ Aq. Germ. Querc. Cinnam. hord. ā ℥iij. Aq. Gent. comp. Abſinth. comp. Syr. Limon. ā ℥ij. Sal. Abſinth. ℈ij. Laud. liqu. gut. 40. m.

Hujus elementa ſunt, Sal fixum acido commiſſum,

&

& in tertium quid coalitum; Aromatica; Aſtringentia, & Laudanum; atque ideò Fermentum acre obtundit; Stomachi vigorem, & tonum reſtituit; Spirituum furores coercet; Fibrillarum ſpaſmum conſopit; & Vomitum efficacitèr ſiſtit. Doſ. cochl. iij. per vices frequentes.

*Iulapii Aſtringentis* ℥xij.

℞ Aq. Plantag. & Gemmul. Querc. ā ℥iv. Menthæ ℥ſs. Cinnam. fort. ℥ij. Syr. è Roſis ſicc. ℥iſs. Diaſcord. Boli ā ℈iv. Terr. Iapon. ℈ij. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

Contra Diarrhæam inſcribitur. Diarrhæa verò ſymptomatica (illa nempè quæ Febribus in principio ſupervenit) ut plurimum eſt mala; Primo, Quia impedit coctionem materiæ morbificæ, ceu legitimam ejus ſeparationem per naturalem humorum fermentationem. Secundo, Quià vires perniciosè proſternit. Tertio, Quià ſubſequens eſt febrilis Colliquationis; id quod patet, quoniam Excreta tunc temporis ſunt plurimùm fœtida. Ergo talis Diarrhæa ſemper erit ſiſtenda; aut ſaltem ita cohibenda, ne fiat exorbitans. Medici alias ordinariò putant indicari tunc Purgationem, quandò talis ſupervenit Diarrhæa; ſed rectè dicit Lindanus, ipſos tunc neſcire quid ſit ſuperveniens Morbo: Nàm cùm ſuperveniat talis Diarrhæa tantummodo propter ſummam materiæ cruditatem, & acrimoniam, eamque ſæpiùs malignam; humorumque etiàm confuſionem, ſtatumque colliquativum, non debet ſane irritari, & exaſperari Purgantibus, ſed vel in totum ſiſti; vel ſaltem intra debitos limites coerceri. Doſ. ℥iij. ſextis horis, donec refrænetur ſymptoma; & poſtea bis, vel ſemel in die, pro rei emergentis ratione.

*Iula-*

*Iulapii Aurei* lib.j.

℞ Vini Canar. lib.j. Garyoph. contuſ. ʒj. Croci ſciſſi ℈ſs. macera in Balnei calore horam j. col. adde Spir. Hormini (Eſſentiâ Amb. griſ. imbuti) ℥ſs. Spir. Lavend. Comp. ʒj. Syr. Garioph. ℥iſs. Succi Chermes ℥ſs. Fol. Auri N. iij. m.

*Iulapii Camphorati* lib.j.

℞ Aq. Bacc. Sambuc. Aq. Ceraſ. nig. ā ℥vj. Aq. Bryon. comp. ℥j. in illis extingue (ad totalem conſumptionem) Camphoræ accenſæ ℈iv. adde Syr. bacc. Samb. & Syr. Ceraſ. nigr. ā ℥iſs. m.

Hoc præcellentiſſima inter Hyſterica numerari debere, ſæpiùs repetita docuit Experientia: Spiritus namque efferatos mirè ſedando; deſultorios coercendo; & diſſipabiles condenſando, figendoque Paroxyſmum præſentem abrumpit, & expectatum præcavet: Imò ſi pertinacitèr uſurpetur, nonnunquam & Affectum ipſum radicitùs extirpat. Propinentur ℥ij. vel ℥iij. pro doſi.

*Iulæpii Carminantivi* ℥xij.

℞ Vini albi ℥iv. Aq. flor. Chamæm. Rutæ ā ℥iij. Aq. Pæon. comp. ℥iſs. Sacch. albiſſ. ʒvj. Ol. Iunip. Spir. Sal. Armon. ā gut. xxiv. m.

Phlegmatis in Ventriculo, & Inteſtinis tenacitatem incidit: Spumam, & Bullas ex ejus conquaſſatione ortas, diſſilire facit; Flatus, iis incluſos diſſipat: Calorem Viſcerum deficientem reſtituit; Spaſmodicamque Membranarum perturbationem tollit. Vtiliſſimè præſcribitur ad Ructus & Flatus Ventriculum, & Hypochondria diſtendentes, & cruciantes; ad Colicam flatuoſam; Tormina poſt Partum; Vertiginem, &c. Doſ. ℥iij. vel ℥iv. vaſe priùs bene agitato.

*Iula-*

*Iulapii Caryophillacei* ℥xij.

℞ Caryophyll. aromat. contuſ. gr. xxiv. Croci gr. xij. Aq. Ceraſ. nig. ℥iv. Aq. Cinnam. Mirab. ã ℥j. Pæon. comp. ℥ſs. fiat maceratio calida & clauſa hor. j. col. adde vini Canar. ℥iv. Syr. Caryophyll. ℥iſs. Spir. Lavend. comp. gut. 48. Ol. Vitrioli gut. iv. fol. Auri N. j. m.

Stomachicum eſt, Cardiacum; Cephalicum.

*Iulap. de Caſtereo* ℥xij.

℞ Fol. Roriſmar. recent. conciſ. Mj. Aq. font. ferventis ℥xij. fiat Infuſio calida per horam j, col. clar. ℥viij. adde Aq. Rutæ, Puleg. Bryon. comp. ã ℥j. Pæon. comp. Tinct. Caſtor. ã ℥ſs. Sal. Succini ʒſs. Sacc. alb. ʒvj. m.

Contra affectiones Hyſtericas dentur colch. v cum ſp. Sal. Armon. gut. x.

*Iulapii Cephalici* ℥xij.

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥iv. Rutæ ℥iij. Pæon. comp. ℥ij. Bryon. comp. ℥j. Tinct. Caſtor. Spir. Lavend. comp. ã ʒij. Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. Syr. Pæon. comp. ℥iſs. pulv. de Guttetá ℈iv. m.

Ad Epileſiam, & Affectiones quaſcunque Convulſivas, & Soporoſas; ad Capitis dolorem, Vertiginem, & Paralyſin, cum fructu uſurpatur.

Propinari poſſint cochl. v. ante, inter, vel immediatè poſt Paroxyſmum. Ad præcautionem verò, manè, & veſperi; præſertim juxta ſingulas Lunæ periodos; circa hæc tempora enim Cerebrum miras patitur alterationes; ſiquidem in Plenilunio (ut ex Vulneribus Capitis patet) Cerebrum turget, & totam Calvariæ cavitatem replet; imò extra Vulnus ſæpè attol-

li

li viſum eſt: Decreſcente verò Lunâ, uſque ad Novilunium, ſubſidet & tunc minima ejus quantitas cernitur: Vt Oſtrea, Piſceſque Teſtacei omnes in Plenilunio turgentiores, & meliores habentur, in Novilunio è contra.

*Iulapii Chalybeati* lib.ij.

℞ Aq. Fœnic. Petroſel. ā ℥xij. Sal. Chalyb. pul. ʒij. diſſolve ſuper prunas; repone 24. horas: Liquori claro effuſo adde Aq. Raph. comp. Syr. è 5. Rad. ā ℥iv. Spir Cochl. Elix Propr. Tartariſati ā ℥ſs. m.

Incipiendum eſt á minori doſi ſc. cochl. iij. quæ ſenſim augenda eſt ad cochl. vj. vel. vij.

Obſervabit interea Medicus, cum æger chalybem excernat nec ne; quod ex fæcum nigredine cognoſci poteſt: aliàs ſi non excernatur, quinto aut ſexto die clyſtere, vel eccoprotico alvum movebit: imó utilitèr poterit chalybeata Purgantibus admiſcere; ut aperiat, & in corpore non ſubſiſtat. Primeroſ. de Morb. Mulier. 176.

*Iulapii Cordialis* ℥xij.

℞ Aq. Meliſſæ Ceraſs. nig. ā ℥iij. Cinnam. hord. ℥ij. Epidem. ℥iſs. Pæon. Comp. Syr. Garyoph. ā ℥j. Limon. ℥ſs. Confect. Alkermes ℈iv. m.

Hujuſmodi Cardiaca quamprimùm in Stomachum ingeruntur, imò interdùm Ore tantúm, libata, virtutes ſuas exerunt; & cum grato appulſu, Spiritus in primis viis, ſivè corporis velút porticu degentes, refocillant, aut inſtaurant: dein horum continuiatate, Ovatio eadem in Spiritus alios ſucceſſivè tradita, brevi per totam Animæ ſenſitivæ compagem undulat; proindè ut túm Cerebrum, túm Præcordia, pleniore Spirituum (quaſi exultantium) influxu irradiata, functi-

onum ſuarum munia multó vegetiús, & alacriús obeant; atque ita Pulſus priùs debilis, aut vacillans, mox furtiús vibret; & Sanguinis cum majori impetu circumpellatur.

Hicce autèm vigor aſcititius, cúm à Spiritûs Vinoſi difflabilis adeo, & fugacis afflatu ſolúm pendet, valdè reperitur evanidus, & momento labitur; atque dein æger (non obſtante vi Iulapii) in priſtinos languores rursúm recidit: Ideoque (ſi communis paſsîm pateretur mos practicandi) tenuibus his Iulapiis, generoſa Electuaria, oleis aromaticis ditata, quæ in Ventriculo diutiús retineri poſſent, ibique gratum ſpirarent, & Spiritus æque ſaltem ac Iulapia, demulcerent, & exultare facerent, libentiús ſæpè ſubſtituerem.

*Iulapii Cordialis temperati* lib.j.

℞ Aq. Roſ. Damaſc. ℥viij. Vini Rhen. ℥iv. Succ. Aurant. ℥j. Aq. Cinnam. fort. ℥ij. Sacch. albi ℥j. Pul. ſubtil. CCC. ℈iv. m.

Solamen, & ſuppetias affert in Febribus; quandò æger præ caloris incendio ferè comburitur, Siti deficit, oblanguetque itèm quandó recrementa uſtulata, bilioſa, acria è ſanguine bulliente in Ventriculum ſuffuſa, ægritudinem, & angorem miſerabili modo affligentem, concitant. Doſ. ℥iv. ter vel ſæpiús in die.

*Iulapii. Crocati* ℥xij.

℞ Croci (minutim forcipibus conciſi) gr. xviij. Coccinel: (contuſ. & nodulo raro incluſi) ℈ij. Aq. Ceraſ. nig. ℥iv. Ment. ℥ij. maceratione calidâ & clauſâ per horam j. præmiſſa, affunde vin. Canar. ℥iv. deinde validè exprimantur ſpecies, & liquori colato adde Ol. Cinnam. Nuc. Moſc. Garyoph. ā gut. ij. Vitell.

Ov. N. j. Spir. Lavend. comp. ʒiſs. ſucc. Cherm. col. Syr. e Rubo Idæo ā ℥ſs. Syr. Garyoph. ℥j. fol. Auri N. ij. m. ſ. a.

Cardiacum eſt generoſum: contra Cordis palpitationem valet.

*Iulapii Diuretici Acidi* lib. ij.

℞ Vini Rhen. lib. j. Succi depur. Parietar. Limon. ā ℥ij. Aq. Aparines, Spir. Vini Gall. Syr. è 5 Rad. ā ℥iv. m.

Sola Acida Diuretica Sanguinem fundunt, ac in feroſitates præcipitant; uti cúm Acidum lacti ebullienti inſtillatur. Attamen hoc non adeò paritèr omnibus, nec etiàm quibuſvis ex æquo contingit. In conſtitutione ſanâ, aut non multúm ab eâ remotâ, Sal Cruoris partim fixus, & partim nitroſus, partimque volatilis exiſtit: itèm in Scorbuticis, & Hydropicis quibuſdam, iſte plerúmque fixus evadit: quamobrèm in ſingulis his caſibus, Diuretica ſale Acido prædita cum fructu adhibentur. In affectibus veró Catarrhoſis, & in quibuſdam Hidropicis, & Scorbuticis, cúm in Fluoris ſtatum ſanguinis particulæ ſalino fixæ evehuntur, ac volatiles deprimuntur (uti crebro evenit) Remedia Acetoſa obeſſe potiús quàm prodeſſe ſolent; quatenús ſanguinem à craſi rectâ degenerem, magis pervertunt: quinimò his medicamenta Sale fixo, ac Volatili prædita potiús ex uſu erunt. Doſ. ℥iv. vel ℥vj.

*Iulapii Diuretici Aromatici* lib. j.

℞ Vini albi Vlyſſiponenſ. ℥viij. Aq. Fœnic. ℥iv. Aq. Raph. comp. ℥iij. Tinct. Sal. Tart. ℥ſs. Ol. Iunip. gut. xxiv. Ol. Aniſi, Ol. nuc. Moſch. ā gut. viij. Sacch. albi ℥j. m.

Aromatica quatenùs Diuretica, non tàm agunt in Sanguinem, quam Organa ipſa. Non illorum enim eſſe videtur, ut Cruoris contexturam nimis ſtrictam reſerent, & liquent. Serumque ab ejus amplexibus ſecedere faciant; ſed potiſſima eorum operandi ratio certiſſimè conſiſtit in hoc; quòd ob volatilitatem, tenuitatem, & caliditatem, Renes & Vreteres aperiunt, detergunt, confortant, & ad munus ſuum defungendium hortantur, & ſtimulant. Ideòque hoc medicamentum locum habet non in Febre, Scorbuto, &c. ad ſanguinem fundendum, & depurandum; ſed maximè in Arenulis, ad Sabulum, & Mucum vias urinarias obſtruentem amovendum; atque ità ad Vrinæ curſum vindicandum. Quotiès verò in Paroxyſmo Nephritico gravis adfuerit Renum incaleſcentia, & dolor; ab hujuſmodi calentibus, & ſtimulantibus omninò abſtinendum erit; nè Membranæ ſcillicet, & Vreteres in Spaſmos, & conſtrictiones fortiores adigantur; atque indè arenulis, & calculo deſcenſus penitùs intercludatur.

Aliis etiam (præter Calculum) Affectibus utilem præſtat operam: quatenùs enim (propter partium tenuitatem, aperiendi, ſtimulandi, & confortandi facultatem) lympham congelatam, & fœculentam ſuburram in canaliculato corporis habitu depoſitam, è latibulis exturbet; ſanguinis circulantis in rivum pellat; atque ità (licet ſecundariò) per Diureſin evacuet; Hydrope, & Menſium obſtructione laborantibus longè eſſe proficuum expertus ſum. Doſ. ℥iv. vel ℥vj. bis terve in die.

*Iulapii Diuretici Nitroſi* lib.ij

℞ Aq. Aparines ℥xx. Aq. Raph. comp. Alth. ā ℥vj. Sal. Prunellæ ℥ſs. Sal. Succini ℈ij. m.

Sangui-

Sanguinem, & Succos eluit, & eliquat; Sales Tartareos, & Mucum aggeſtum diſſolvit, & expellit; Renes & Vreteres refrigerat, aperit, & detergit. Tutius hoc videtur remedium, quandò multùm caleſcit, & dolet Lumborum regio, quàm ſuperius illud Aromaticum. Obſervandum verò, nimium frequentem hujuſmodi Nitroſorum Diureticorum uſum Renum tonum tandèm labefacere ſolere. Propinentur ℥iv. vel ℥vj. tèr in die.

*Iulapii Emmenagogi* ℥xij.

℞ Vini albi ℥vj. Aq. Pulegii ℥iij. Aq. Bryon. comp. ℥ij. Ol. Sabinæ gut. xij. Ol. Garyoph. gut. viij. Sacch. albi ℥j. m.

Sanguinem exagitando; Obſtructiones reſerando; & Vterum ſtimulando, Menſes movet. Atque tunc præcipuè convenit, quando Menſes nimis parcè, tarde, & non *euphoros*, ſed cum Dorſi, Abdominis, aut Vteri dolore fluunt. Vbicunque verò Sanguis multùm reperitur diminutus, aut depauperatus; ubi totalis adeſt ſuppreſſio; malumque eſt confirmatum, & diuturnum; fruſtrà tunc ſunt Emmenagoga. Doſ. ℥iij. bis in die per biduum ante expectatum tempus.

*Iulapium Epilepticum.*

℞ Cort. Peruv. pulv. ʒvj. Rad. Serp. Virgin. ʒij. Aq. Ceraſ. nig. & Flor. Tiliæ ā ℥viij. Aq. Rutæ; Galegæ ā ℥iij. Pæon. comp. ℥ij. Tinct. Epilept. (infra deſcr.) ʒiij. Syr. Pæon. comp. ℥iij. m. f. Iulap. Sumat patiens ℥iij. mane, & veſp. ante Plenilun. & Novilun. vitrum agitando.

Titulus

Titulus vires indicat.

Ferunt Brannerum Archiatrum Halenſem Turturem deplumaſſe, & Vmbilico Epilepticæ, in paroxyſmo, impoſuiſſe; atque ſic Paroxyſmum abegiſſe. Extrahi enim fumum quendam Venenatum ſcribunt, quo extracto, ipſe Turtur convellatur, & moriatur. Id quod in Fæminis (& ſi Epilepſia ſit ex conſenſu Vteri) vero conſentaneum eſſe puro. Senert. tom. 2. p. 478.

*Iulapii Hyſterici* ℥xij.

℞ Aq. Ceraſ. nig. Artemiſ. Puleg. ā ℥iij. Bryon. comp. ℥iſs. Tinct. Caſtor. ℥ſs. Ol. Succini gut. xxiv. Sacch. alb. ℥j. m.

Affectionem Hyſtericam refrenat, in quantum Spiritus irritat; atque hùc illùc excurrere, & efferri cogit. Cùm enim ipſi inordinatè habentes & inæqualitèr diſperſi, in quibuſdam locis denſiùs, inque aliis tenuiùs ſcatent, proindeque functionum ſuarum munia quædam, ac potiſſimùm intra Cerebrum, aut Præcordia intermittunt, aut perversè agunt; optimum tunc remedium eſt, ut ab hujuſmodi Pharmaco ingrato perturbentur, & exagitentur magis: propterea namque illi, tanquàm à loris inflictis exſuſcitati, & velut flagellati, *ataxias* priores relinquunt, & ſponte ſu âin ordines regulares, & priſtina officia redeunt. Doſ. ℥ij. vel. ℥iij. Hoc autem remedium non omnibus æque Convenit, ſiquidèm cernere eſt aliquas, quibus Oleum Succini ructus odioſos excitat, & valdè eſt ingratum.

*Iulapii Idæi* ℥xij.

℞ Vini Canar. ℥iv. Rad. Irid. Florent. inciſ. ℈iv. infunde leni tepore hor. j. col. adde Aq. Roſar. Dam. ℥iv.

℥iv. Cinnam. hord. ℥ij. Aq. Cœleſt. Spir. Hormini Succi Chermes col. ā ʒij. Syr. è Rubo Idæo ℥iſs. Fol. Auri N. ij. m.

Cardiacum eſt.

*Iulapii Moſchati* ℥xij.

℞ Aq. Roſar. Damaſc. ℥vj. Naphæ. ℥j. Cinnam. hord. ℥i. Pæon. comp. ℥iſs. Moſch. Ambræ griſ. ( cum Sal. cc. gr. j. tritæ ) ā gr. ij. Croci (ſciſſi, & in nodulo lig. ) ℈j. Ol. Garyoph. gut. j. Confect. Alcherm. ʒij. Garyoph. ℥iſs. m.

Mulcimine pergrato Spiritus in Ventriculum copioſiús allectat, & languidos refocillat. Temperatum quidèm eſt, ſed Nobile prorsús Cardiacum. In Febribus mali moris, quæ vapores deleterios ad Stomachum ſuffundunt; Spirituſque labantes irritant; in confuſiones, & ſpaſmos adigunt; & Singultum indè excitant, nondum hactenús præſtantius novi remedium; aliquandò enim divinitús ſuccurrit, & Singultum ſuperat. Vt ingenuè tamen fatear, hoc Symptoma adeò indomabile, & funeſtum ſæpè obſervavi, ut neque hoc, neque aliud quodcunque remedium vel excogitare vel invenire mihi adhúc licuit, quod illi par eſſet; totis viribus licet certavi, Fatis tamen fruſtrá obniſus mortem depellere non potui. Dentur cochl. v. tertiis horis.

*Iulapium Moſchatum Infantum.*

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥iiſs. Pæon. comp. ℥ſs. Sp. Lavend. comp. gut. xij. Moſchi ( cum Sal. cc. gr. j. & Sacch. candi albi ʒiſs. optimè ſuper porphyritem lævigati ) gr. vj. Margarit. lævig. ℈j. m.

Dentur ʒij. vel. ʒiij. ter in die, vel ſæpiús Infantulo recens nato contra Convulſiones; atque ità plus,

pro ætatis ratione, bimulis, trimuliſve Tuſſi convulſivâ vexatis.

*Iulapii Pectoralis* ℥xii.

℞ Aq. Fœniculi ℥vj. Puleg. Hyſſopi ā ℥ij. Tinct. Dulc. Tinct. Croci (Aq. Theriac. paratæ) ā ℥j. Tinct. G. Ammon. Benzo. Ol. Aniſi, Sp. Sal. Armon. ā gut. xij. Sacch. alb. ʒvj. m.

Conſtat particulis volatilibus, oleoſis, & balſamicis, pulpoſo Dulcium craſſamine acceptis, & incorporatis; atque eâ de te compoſitè, & diverſimodè operatur: etenim Incidit, & Lenit; Attenuat, & Maturat; Serum ſalſum corrigit, & Pituitam craſſam eliquat; Pulmonum tonum roborat, & Bronchia ab infarctu liberat: Summatim optimum eſt Thoracicum; & cujuſcunque fere generis Tuſſi convenit. Doſ. cochl. ij. ſtatim à ſingulis Tuſſiendi nixibus finitis.

*Iulapii Perlati attemperantis* ℥xij.

℞ Aq. Borag. Lujulæ ā ℥iv. Roſar. Damaſc. Cinnam. hord. ā ℥ij. Margarit. præp. ʒj. Sacch. candi albi ʒiij. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m.

Febrientibus angores patientibus valde grato, & præſentaneo eſt ſubſidio: quippe dum neque ſanguinem exagitat, aut rarefacit; neque æſtum promovet, aut intendit; Ventriculo interim fæculentiis acribus, & aduſtis humoribus, (à ſanguine depumationem conanti ſuffuſis; & à fermentatione præternaturali excoctis) laboranti, & ferè ſuccumbenti, ſubvenit: grato enim, & edulcoranti embammate illum perfundit; exindeque illo recreato, Spiritus & influi, & inſiti per totam machinam novo vigore inſpirati, confeſtim

refo-

refocillantur; plurimum & ſuſtentantur. Doſ. cochl. vj. ad libitum.

*Iulapii perlati Cordialis* ℥xij.

℞ Aq. Ceraſ. nigr. Aq. Lact. Alexit. ā ℥iv. Cinnam. hord. ℥ij. Epidem. Pæon. comp. ā ℥j. Margarit. pp. ʒj. Sacch. candi albi ʒiij. m.

Iiſdem pollet viribus ac proximè prægreſſum: at quoniàm aliquantò magis calidum, ſpirituoſum, & activum eſt, rectiús præſcribitur quotiès non ſolúm Ventriculus aggravatur, & malè patitur; ſed inſupèr debita ſanguinis fermentatio deficit; Spiritus labaſcunt; Pulſus vacillat; & reginem animale universìm fatiſcit. Dentur cochl. v. vel. vj. in languoribus.

*Iulapii Perlati Hyſterici* ℥xij.

℞ Aq. Ceraſ. nig. Artemiſ. ā ℥iij. Puleg. Rutæ, Bryon· Comp. ā ℥ij. Margarit. ʒj. Sacch. candi albi ʒiij. m.

Hujus uſus indicatur non (ut ſuperiorum) quando Ventriculus, aut Sanguinis primariò, & præcipuè laborant; ſed quando Spiritus ipſi vel inordinatè agglomerantur, & ſpaſmodicè exploduntur; vel copulâ heterogeneâ onerantur, & torpidè ſubſidunt: uti evenit cùm Vapores, & Languores Hyſterici, Tremores, Subſultus, aut Affectus Convulſivi, Comatoſive fbericitantibus vel adſunt, vel intentant. Propin. cochl. v. ter in die, vel ſæpiùs pro re natâ.

*Iulapii Perlati Phthiſici* lib. j.

℞ Aq. Limac. Pect. noſt. ℥viij. Cinnam. hord. ℥vj. Syr. Balſam. ℥ij. Margar. præp. ℈iv. Ol Nuc. Moſch. gvt. j. m.

Vtile eſt ad Spiritus reficiendos, & vires fulciendas; ad

ad Ventriculi acidum retundendum, ejuſque tonum conſervandum; ad Tubercula Pulmonibus nata diſſolvenda, & vaſorum oſcula conglutinanda; ad humorum acrimonium demulcendam, & colliquativam ſanguinis diathesin corrigendam; denique ad Calorem Hecticum extinguendum, & nè lympha copiosè per Trachæam, & Glandulas Pulmonum expuatur, inhibendum. Doſ. ℥iv. ter in die; vel cochl. v. in Languoribus, ad libitum.

*Iulapii Pleuritici* ℥xij.

℞ Aq. Papav. errat. ℥vj. Tuſſilag. ℥iv. Syr. Papav. err. ℥ij. Lap. Prunel. Sang. Hirc. ā ℈iv. m.

Ad ſitim alleviandam; Sanguinem refrigerandum; Coagulum lenteſcens diſſolvendum; Obſtructionem inde natam expediendam; dolorificam membranarum criſpationem relaxandam; Circulationem per partem reſtituendam; Expectorationem, & Diureſin promovendam, dentur ℥iv. ter in die.

*Iulapii Proprietatis* lib.j.

℞ Vini Canar. ℥x. Aq. Ment. ℥ij. Aq. Gent. Comp. ℥iv. Rad. Angel. Hiſpan. Garyoph. ā ℈iv. f. Infuſ. tepida, & clauſa 2 horas. Col. adde Elix. Propr. tartariſ. ʒij. m.

Ad Appetitum excitandum, Nauſeam tollendam, & Concoctionem juvandam. Propin. ℥ij. hor. ſs. ante Prandium, & ſtatim a Prandio quotidie.

*Iulapii Puerperarum* ℥xij.

℞ Aq. Meliſſæ, Ceraſ. nig. â ℥iij. Cinnam. hord. Stephani, Syr. de Mecon. ā ℥ij. Laud. liq. gut. 40. m.

Ad

Ad dolores poſt partum expertum, & benedictum eſt remedium. Neque quis hic, niſi plane inexpertus metuet Lochiorum obſtructionem ab ejus uſu ſubſecuturam; cùm è contra, maximè frequens occaſio ſuppreſſionis eorum ab intenſo dolore repetenda ſit: inde enim turbatur Spirituum ordinatus motus · ſtringuntur undique in corpore fibræ; & tenduntur ſimul Vteri ejuſque membranoſæ Vaginæ fibrillæ: hinc excernendorum per hæc loca debitus ſupprimitur fluxus. Vndè memorato in caſu (non tantùm Ratione, ſed & Experientiâ annuentibus) Opiata, præ cæteris, fauſto cum ſucceſſu exhibentur: ab eorum ſiquidem uſu, ceſſante dolore, relaxatâ fibrarum conſtrictione; & in ordinem reſtituto ſpirituum motu, tantùm aberit ut ſuppreſſus inde ſit purgamentorum effluxus, ut è contrà auſpicató magis, placidùs, & copioſiús, redeat.

Et quamvis aliqui non infimæ claſſis Authores hanc medicationem vituperant, & vitant. Alii tamen magni nominis Medici, experientiæ innitentes, magnoperè celebrant, & ex animo conſulunt.

Si quando (inquit VVillis de Febr. cap. 16.) cum Lochiorum ſuppreſſione, Sanguinis perturbatio inſignis, cum Vomitu, Siti, & Vigiliis adfuerit; ſæpè Laudanum Croco admixtum felici ſucceſſu exhibitum novi.

Si, aliis remediis fruſtra uſurpatis, Lochia adhuc ſupprimantur, hoc in caſu (inquit Sydenham Epiſt. ad Cole p. 169.) Laudanum unâ ſaltem vice tentandum Hic Laudanum quantum libet ſuâpte indole aſtringat, cum tamen Spirituum perturbationem (a quâ ſolemnis Lochiorum evacuatio fuerat interrupta) compeſcat, quandoque plurimum juvare, & (Emmena-

gogis nihil proficientibus ) Lochiorum fluxum poſtliminiò revocare poſſit.

Sedulò interim animadvertendum eſt, quòd ſi telo hoc ſemel miſſo, ſcopum non attingamus, nec ſequantur Lochia, Opium nullo modo eſt repetendum.

Hanc ſuam Cautionem non de nihilo eſſe concedendum eſt; quotiès Partus difficilis, enorme ſanguinis diſpendium, Spirituum jactura, & Naturæ ſubſidentia, totalem jam Lochiorum ſuppreſſionem, & Febrem putridam, induxerunt

Cum verò ( viribus mediocriter adhuc conſtantibus) Catamenia debitò parciùs effluerent, Laudanum ſingulis noctibus repetitum, illa acceleraſſe, Vapores Hyſtericos repreſſiſſe, Vigorem Cultra quæ libet Cardiaca ) reſtituiſſe, ſæpenumero obſervavi.

Doſis cochl. à vj. ad viij. bis in die, ſi caſus repetitionem poſtulaverit.

*Iulapii Refocillantis* lib.ij.

℞ Vin. alb. Gall. (vel Rhen.) lib.ſs. Aq. font. ℥xviij. Succi Limon. recens expreſſi ℥ij. Rob. Ribium ℥j Syr. è Rubo Idæo ℥iv. m. & col.

Febrientibus æſtu & ſiti languentibus pergratum eſt ſubſidium.

*Iulapii Refrigerantis* lib.j.

℞ Aq. Portulacæ, Borag. Lujulæ ā ℥iv. Aq. Roſ. Dam. Succi Limon. depur. ā ℥j. Syr. è Rubo Idæo ℥ij. m.

Remedium eſt Febricitantibus expetitiſſimum; ad ſaburram nempè inventriculo aduſtam corrigendam. Pituitam craſſam incidendam; fervorem Stomachi extinguendum; Sitim inexplebilem alleviandam; & Sanguinis ebullitionem enormem deprimendam. At verò, Ne quid nimis: de ſucco enim Limonum ( inquit

quit River) hoc notandum eſt, cautum eſſe debere illius uſum; quià frequentiùs, aut nimiâ copiâ exhibitus, Aphthas facit in Ventriculo, & excoriationes; undè Lienteria ſuccedit: quod multò magis de Acidis mineralibus dicendum eſt. Doſ. ℥iij. vel ℥iv. tèr in die.

*Iulapii Scorbutici* lib.ij.

℞ Aq. flor. Samb. ℥xx. Aq. Raph. comp. Syr. bac. Samb. ã ℥vj. Sp. Cochleat. ℥ſs. Ol Saſſaph. gut. iv. m.

Titulus vires indicat. De Scorbuticorum operandi ratione conſulantur Cerev. Scorb. cal. Decoct. Scelotyrb. & Elect. Scorb. cal. Doſ. ℥iv. bis in dies.

*Iulapium de Sedo.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥viij. ſucci Sedi depurati, Syr. Limon. ã ℥ij. m.

Potentèr refrigerat; ebullientis Sanguinis æſtum coercet; Ventriculum ferventem recreat; Sitim ſedat, Fauciumque ardorem alleviat.

*Iulapii Splanchnici* lib.ij.

℞ Aq. Ari, Fumar. Fl. Samb. ã ℥vj. Aq. Gent. comp. Lumbric. Magiſtr. Syr. è 5 Rad. ã ℥iv. Tinct. Sal. Tart. ℥iſs. Sp. Coch. Elix. Propr. Tartariſati ã ʒij. m.

His addi poſſint (pro re natâ) Salis Chalybis ʒij. ut ante in Iulapio Chalybeato.

Ventriculi ſuccum acidum, & nidoroſum corrigit; Phegma incidit; Tonum ſtabilit; Scorbuto medetur; Sed quoad ulteriores ejus vires, quas in Vicerum regione, & Sanguinis maſsâ & Emunctoriorum receſſibus edit, ne Cramben bis coctam apponam, ad Cereviſ. & Decoct. Splanchn. Lectorem relêgo. Doſ. ℥iij. vel ℥iv. manè, & quartâ pomerid. per aliquot hebdomadas.

*Iulapii*

*Iulapii Stomachici* lib.j.

℞ Vini Xeroenſis, Aq. Cinnam. hord. ā ℥iv. Aq. Ment. Gent. comp. Abſint. comp. Syr. Cydon. ā ℥ij. Ol. Garyoph. Nuc. Moſch. à gut. ij. m. Addi poſſint Theriacæ Ven. ʒij.

Sarcinam mucaginoſam, & putrilaginem fœdam Ventriculi plicis, & villis adhærentem, & illum polluentem, corrigit, incidit, & dimovet: Fibras ejus debiles, & flaccidas ſale volatili oleoſo perfundit, & roborat; Spiritus hoſpites copioſiùs eo allicit, & recreat: atque ita Tonum reſtaurat; calorem nativum reſtituit; Appetitum revocat; Coctionem juvat; Ructus curat; Flatus diſſipat; Nauſeam, & Vomitum tollit. Exhibeantur ad cibi Apetentiam excitandam; ℥iij. vel ℥iv. horâ j. ante Paſtus: vel, ad coctionem auxiliandam, immediate poſt Paſtus.

*Iulapii Styptici* ℥xij.

℞ Aq. Plantag. ℥vj. Aq. Sperm. Ranar. ℥iv. Syr. è Coral comp. ℥ij. Terræ Iapon. Croc. Mart. aſtring. ā ℈ij. Sacch. Saturni gr. vj. Laud. liq. gut. 40. m.

Sanguinis turgeſcentiam inordinatam compeſcit; ejuſque impetum malè ſanum cohibet: Serum nimis acre præcipitando, corrigit; auſteritatemque inferendo, ejus eruptionem prohibet; tandemque hiatum & aperturam vaſorum occludit. Conducit in Hæmorrhagiâ narium; Hæmoptyſi; Hæmmorrhoidum & Menſium fluxu; Mictuque cruento. Dentur ℥iij. bis terve in die.

*Iulapii*

*Iulapii Succinati* ℥xij.

℞ Aq. Petroſel. & Fœnic. ā ℥iv. Aq. Lumbric. Magiſtr. Raph. comp. á ℥j. Syr. è 5. Rad. ℥ij. Sal. Succini ʒſs. m.

In Anaſarcâ (non verò Aſcite) plurimum poſſunt Aperientia, Diſſolventia, & Diuretica: Oritur enim hicce Affectus, quatenùs Lympha morboſe redundans in partes fibrilloſas (quæ canaliculatim per totum corpus ſunt undique diſpoſitæ) ſuffunditur: atque propagatur, & augetur, quatenùs Lympha iſta in craſſamentum gelatinoſum concreſcens, obſtructioneſque figens, vlteriori adhùc lymphæ appellentis ſuffuſioni occaſionem præbet. Ideoque quæcunque poſſunt iſtiuſmodi gelatinam eliquare; fibrillis extrudere; in maſſam circulantem reducere; & per Vrinam denique ablegare, magnæ eſſe efficaciæ, & utilitatis liquidò patet. Hoc verò opus cùm á ſolis Aperientibus, & Volatilibus Diureticis expectandum eſt; præſens Iulapium contra Hydropem (dummodo carnes ipſas duntaxat âfficit; & non in Abdominis cavo deponitur) multum levaminis afferre ſolet. Catharticis debitis intercalatis propinentur ℥iv. tèr in die.

*Iulapii Volatilis* lib.j.

℞ Vin. Canar. lib j. Aq. Cinnam. ℥ij. Sem. Fænic. dulc. Carui ā ʒij. Nuc. Moſch. Cubeb. Cardam. ā ʒj. Garyoph. Croci ā ʒſs. digerantur Hypocauſti calore hor. j. col. adde Syr. Balſam. ℥ij. Spir. Lavend. comp. Spir. Sal. Armon. á gut. octoginta m.

Non immeritò Stomachicis, Cardiacis, & Cephalicis accenſeatur; ſiquidem Ventriculum maximè confortat;

fortat; ſanguinem blandè exagitat; & Spiritus æqua-billitèr expandi facit

*1 Iuſculum Cancrorum Fluviatilium*

℞ Cancror. fluviatil. N. 100. contundantur vivi; dein coq. in Aq. lib.iv. ad lib.iiſs. ſub. finem adde Mac. fol. ij. Nuc. Moſ. raſ. N. j. Vini Malacenſ. lib.ſs. col. ab ſorbeatur hauſtus bis in die.

*2 Iuſculum Cancr. Fluvialitum.*

℞ Caudas xx. Cancr. fluviatil. Rad. Eryng. cond. ℥j. Cruſtam Panis albi, Paſſul. exacin. ℥ij. Glycyrrh. ʒiij. coq. in Aq. font. lib.iij. ad ij. f. col.

Sumatur ad ℥iij. aut ℥iv. ter in die. Eodem modo paratur Iuſculum Limacum, & Lumbricorum.

Tanta Gammaris, Cancris, Aſtacis, & Squillis in eſt Edulcorandi vis, ut Aceti ipſius aculeos manifeſtè obtundant: & intra corpora noſtra aſſumpti Stranguriæ acrimoniam mirè tollant. Ideòque in Febre Hecticâ, & exindè ortâ Atrophiâ, ubi maſſa Sanguinis ſucco alibili, blando, ſubdulci, & oleoſo privata, acris eſt, fervet, & Nutritionis penum nimis parcum, aut depravatum ſuppeditat, Hujuſmodi Iuſcula apprimè reperiuntur utilia. Aliquibus etiam predicantur ad præcavendum Abortum.

*Iuſculum Conſumatum.*

℞ Caponem. (eviſceratum, & in fruſtula conciſ.) N. j. Ped. Ovil. & Vitul. ã N. iv. Raſ. cc. Eboris ã ℥ſs. Lig. Sant. citr. ʒiij. Dactyl. N. xx. Paſſul. ℥iv. Hord. perl. ℥j. Coq. in Aq. Cong. j. ad lib.iv. ſub finem addendo Flor. Bellid. maj. Herb. Tuſſilag. Capil. Ven. Pulmonar. macul. ã Mj. Mac. fol. ij. Nuc. Moſc. N. j. Vini Malacenſ. lib.j. col.

Com-

Commodiſſimè præſcribitur Valetudinariis; è Morbo longo emacianti reconvaleſcentibus; & Phthiſicis; ubi Vires languent; Nutritio plenior requiritur; nec tamen Ventriculus ſolidis cibis conquoquendis par eſt: minimo enim cum negotio coquitur; facile diſtribuitur; citò agglutinatur; nec à colore partium ſtatim diſcutitur. Inſupèr iſtiuſmodi mollem, roridum, & glutinoſum ſuccum ſuggerit, qui particulas ſanguinis ſalinas, aſperas, duras, & efferas demulcet, quaſi viſco oblinit, emollit, & compeſcit, nè per corporis canales impetuoſiùs delatæ, & duritèr affricantes, partium ſolidarum ſubſtantiam prædentur, & abripiant. Concedatur largus hauſtus bis, vel ter in die.

*Juſculum Galli.*

℞ Rad. Eryng. cond. ℥ij. Rad. Chinæ. Scorzon. Paſſul. Corinth. Dactyl. ā ℥j. Raſ. CC. Ebor. ā ℥ſs. Sem. quat. frig. maj. ā ʒij. Capil. Vener. Mij. Cruſtam Panis albi veteris, Gallum (ſtrangulatum, deplumatum, eviſceratum, & probè contuſum) Coq. in Aq. Hord. lib.vj. ad lib.iij. col. adde Vini Canar. lib.j. Elect. Saſſaph. Succi Chermes ā ℥ſs. Syr. Balſ. q. ſ. m.

*Juſculum Phthiſicum.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥iv. Rad. Symph. maj. ℥ij. Raſ. CC. ℥j. Capil. Ven. Mj. Pulmonar. macul. Mij. Plantag. Mſs. Paſſul. maj. ℥ij. Dactyl. N.iv. coq. cum Pullo Gallinaceo & Fruſtulo Colli Vervec. & Micæ Panis albi ℥iij. in Aq. q. ſ.

Poſt coctionem, colaturam, & pinguedinis ablationem, ſumatur ſcutellum bis terve in die.

*Lapis Alexiterius.*

℞ Succini, Coral. rub. ā ʒſs. Antimon. diaphor. Rad. Contray. Ocul. Cancr. ā ʒj. Chel. Cancr. ℥ſs. f. Pulv. ſuper Porphyritim lævigandus, qui Gelatinâ CC. exceptus form. in Globulos. Addi poſſunt Amb. griſ. gr. xij.

*Lavamentum Hydropicum.*

℞ Sp. Vini rectif. ℥iij. Sp. Lavend. ℥j. Pil. Coch. maj. ℥ſs. Opii crudi ʒij. m. pro Lavamento.

Per ſe uſurpari poteſt; vel (quod melius) miſceatur cum æquali quantite Ol. Fl. Sambuci per Infuſ.

Efficax habetur Remedium contra Tumores Aquoſos; Abdomen puerorum tumidum; & Pedes Hydropicè tumefactos; ſi benè inungantur Partes, coram igne loculento, bis in die. Neque ullum erit Gangrænæ periculum ex hujus uſu; quoniam (ob particulas ſpirituoſas) calorem nativum fovet; Poros partium aperit; & Lympham viſcoſam Stagnantemque aut expirare facit; aut circulanti ſanguini reſtituit, ita communicator.

*Laudanum Hyſtericum.*

℞ Laud. Lond. Aſæ fæt. ā gr. ij. Ol. Succini gut. j. m. f. Pilulæ ij.

*Linimentum Cephalicum.*

℞ Ol. Nuc. Moſc. expreſſ. & Ol. Palm. ā ʒiſs. Ol. Garyoph. Roriſmar. Salv. ā ℈j. m.

Ad

Ad Capitis debilitatem , dolorem , hebetudinem, Affectus frigidos , pituitoſos , & Catarrhoſos. Vtrùm verò externè applicata Cerebrum ipſum afficiant nec ne , equidem dubito : Illud enim intra Cranium (quaſi pixidem oſſeam ) adeò ſecurè , & ſtrictim includitur, ut cum Pericranio vix ullam habere communicationem ſuſpicer : Vtut verò iſta res ſe habuerit , multi tamen poſſunt eſſe Pericranii primariò affecti caſus, qui externorum uſum permittunt ; & poſtulant : Atque licèt matetia Catarrhi non defluat è Cerebro ; nihilominùs Defluxionum origo ferè à Sincipite , & è ſummo Vertice ducitur , in quo humor extra Calvariam , & ſubter Cutim congeri ſolet , qui per Pericranium, in adhærentem membranam deſtillat ; ac demúm in Oculos, Aures, Maxillas , Cervicem , Dentes , Vvulam, &c. irruit.

Nil mirum verò tenues hoſce Humores ità deſcendere poſſe ; cùm Sangini etiam ipſi (quando ob contuſionem , & vaſorum rupturam ibi ſuffunditur) meatus ſat faciles patent. Ità enim Meekren ( in Epiſt. ad Barbette.) In aperto Cranio P. Iacobi , ſententiam Tulpii veram inveni ; In Vulneribus nempè Capitis , Sanguinem per Aures copiosè ſepiús effluentem , à ſuperiori Capitis parte ſenſim intra Cranium , & Pericranium deſcendere ; ſicque ſimul ſpatium quod eſt inter Os Parietale , & Petroſum intrare : indè ulteriús tranſcolari (quaſi per Cribrum) in meatum auditorium.

*Linimentum Frontale.*

℞ Vng. de Alabaſtro ℥ij. Ol. Roſ. ℥vj. Opii gr. xvj. Camp. gr. viij. Ol. Nuc. Moſc. gut. iv. m.

Fronti , & Temporibus adhibeatur , ad Somnum conciliandum , & Cephalalgiam demulcendam. Locum

habet verò, non quando cauſa eſt in Cerebro ipſo, ſed in partibus duntaxat Externis: atque de eo certi ſimus, ſi Frons multum caleat, & Dolor ſit pulſatilis.

*Linim. Hæmorrhoidale.*

℞ Vng. Popul. ℥ij. Ol. Ovor. ℥vj. Sacch. Saturni ℈ij. Opii. gr.viij. Ol. Succini gut.xvj. m.

Hæmorrhoides cæcæ fiunt propter mucoſam craſſam materiam ſtagnantem, vaſa obſtruentem, & circulationem prohibentem; exindeque neceſſariò Tumorem, Tenſionem, Inflammationem, & Dolorem, excitantem. Atque hoc Linimentum ideò multúm prodeſt, quòd attenuat, diſcutit, dolorem ſopit, inflammationem ſedat, & vaſa varicoſa ad juſtum tenorem contrahendo reducit.

*Linimentum Laterale.*

℞ Vng. Dialth. ℥vj. Ol. Lil. Ol. Laterit. ā ℥iij. Camph. ℥ſs. m.

Lævigat, lubricat, & in ordinem componit fibrillas, quæ (ob ſpaſmos dolorificos) tenſas, rigidas, & confuſâ ſerie corrugatas ſe habentes, canaliculos internos torquendo depravant, & ſpiracula cutanea ſtringendo obſerant. Dein porrò, liquat, exagitat, & diſcutit lympham gelatinoſam minutilos partium tranſitus obſtipantem, Cruoris itinera præpedientem, & Inflammationem inducentem. Atque his modis, cum poros aperit, circulationem reſtituit, inflammationem tollit, & dolorem ſedat, ſummè conducat neceſſe eſt in cruciatibus lateralibus, quandò Muſculi præſertim, & partes externæ afficiuntur. In verâ autem internâ membranoſâ Pleuritide, & Peripnuemoniâ, nunquam vel minimum quidem opis attuliſſe adhuc memini; neque eò uſque

per-

pertingere poſſe veriſimile eſt. Pannus VVallicus hoc calido imbutus ſuper locum dolentem applicetur; & illinito bis in die repetatur.

Antequàm Linimentis, aut Inunctionibus utemur, conducet Fovere partem ſpongiâ Decoctis attenuantibus, & diſcutientibus imbutâ; ut & Inunctiones altiùs penetrent; & materia ab actuali, & potentiali colore attenuata, aut per ſe Diſſipari poſſit; aut medicamentis è corpore educatur.

*Linimentum Paralyticum.*

℞ Vng. Martiari ℥ij. Petrol. Ol. Spicæ ā ʒiij. Pul. Euphorb. ℈j. Ol. Succini ʒiſs. Ol. Roriſmar. ʒſs. m.

Membrum reſolutum hoc Linimento fortitèr affricetur bis terve quotidie; ad Nervos ſc. ſucco viſcido obſtructos deobſtruendos; & Spirituum irradiationem redintegrandam; ad Fibras laxe conniventes, in ordinem vindicandas; & tenſionem ritè tonicam iis conciliandam; atque ad Sanguinis curſum per partem promovendum; & Calorem naturalem reſuſcitandum. Summe notandum verò, aliquando uſu venire, partem paralyticè affectam, ab intenſe nimis calidis, rigidam contracturam, cum maximo ægrotantis damno, pati; Idque tunc præſertim evenire duxi, cum temperamentum adeſt calidum; & Reſolutionis cauſa non in parte reſolutâ ipsâ, ſed in Cerebro, aut Membro longè diſſito ſubſiſtit; unde pars ſatis ex ſe ſana, & rite conformata, ſolummodo per Eclypſeos modum patitur: in iſto enim caſu, ſi immoderata, & ultra, quam partis temperies ferre poteſt, adhibeantur calentia, & exſiccantia, Fibras motrices torrendo, ſiccando, & contrahendo; Spirituſque inſitos diſſipando, noxam illis ægre curabilem inferre queant; ad Motum quippe illæ omninò ſunt inep-

tæ, niſi molles, flexiles, humidæ, & lubricæ perſtent.

*Linim. Spinale.*

℞ Vrinæ ſanæ, Vini Moſcatel. Ol. è ped. Bov. ā ℥ij. Sperm. Ceti ʒij. Mac. ʒi. coq. ad ℥iv. & col.

Ad Rachitidem quidam hoc habuit pro Secreto, quo Spinam dorſi, à Nuchâ primùm ordiendo, atque deinceps ſucceſſivè deſcendendo, confricare ſolebat. Quoniàm hic morbus à Medullæ ſpinalis obſtructione, & debilitate oritur, Vnguenta Corroborantia, & Aperientia proficua: ſed quoniàm Infantes ſolummodò tenellos; & carne flaccidâ donatos invadere ſolet; non impensè calida in uſum duci debent.

*Linimentum volatile.*

℞ Ol. Amygd. dulc. ℥j. Spir. Sal. Armon. q. ſ. ad conſiſtentiam continuâ agitatione in mortario marmoreo perfectè uniantur.

Mirè penetrat; & valet ad frigus, laxitatem, obſtructionem, & dolores partium nervoſarum.

*Lintea Somnifera.*

℞ Opii ʒj. diſſol. in Aq. font. lib.ſs. huic Lintea mollia intinge, & ſicca, ad tertiam vicem.

Deinde ℞ Aq. Regin. Hungar. ℥iij. Spir. Lavend. comp. ℥j. Ol. Nuc. Moſc. Garyoph. ā gut. xvj. Ol. Rhod. gut. ij. m. & huic intinge eadem lintea, & ſicca.

Fronti Linteum alligetur; & ſi Somnus juſto longior acciderit; Frons lavetur cum Aceto, vel Spiritu Sal. Armon.

*Litus*

*Litus Aluminoſus.*

℞ Pulv. Alum. crudi. & uſti ā ℨij. Boli, Ter. Iapon. ā ʒj. Ol. Saſſafr. gut. vj. Mel. Roſ. q. ſ. m.

Ad Gingivas Scorbuticè affectas, putridas, flaccidas, fungoſas cruentas, minuſque dentibus adhærentes.

*Litus ad Aphthas.*

℞ Sperm. Ceti ℈ij. Ol. Nuc. Moſc. expr. ℈j. Butyri recent. ſine Sale ℥ſs. Vitel. Ov. N. j. Cretæ albæ lotæ ʒj. Mel. Roſ. q. ſ. m. f. Litus.

*Litus Facialis.*

℞ Fell. Bov. N. iij. Sp. Vin. rect. lib. iij. extrah. Tinct. quæ ad Mellis conſiſt. exhal. tùm diſſolve totum Extractum in Succi Limon. ℥ij. adde Mercur. dulc. pul. ʒiij. Sal. Vitrioli ʒij. Borac. Ven. ʒj. Fæcul. Ari ʒiſs. digere ad Solem 4 dies; f. col. quæ exhalet ad Mellis conſiſtentiam.

Ad maculas Ephelides, Lentiginem, Ruborem, Puſtulas, Guttam Roſaceam, & Faciei quæcunque deturpamina, illinatur parti ter in die.

*Litus Infantum*

℞ Aq. Roſar. Damaſc. ℥ij. Vitel. Ov. N. j. Sacch. alb. cribellati q. ſ. m.

Ad Oris eroſiones & Aphthas.

*Litus Ioelis.*

℞ Ærugin. ʒj. Mell. Roſ. ℥j. Aceti ℥ſs. ad Aceti conſumptionem coquantur; iiſque per ſe refrigeratis admiſceantur pul. Alum. uſti ℈ij. Maſtic. Thur. Myrrh. ā ℈j. m.

Ad

Ad Gingivas ulceroſas & putridas, poſt lotionem cum Gargariſmo (è fortioribus, & putredini reſiſtentibus parato) pecia huic calenti intincta partibus aliquoties applicetur.

*Litus de Laccâ.*

℞ Pul. Gum. Laccæ ʒiſs. Boli Arm. ʒj. Alum. crudi & uſti ã gr. xv. Aq. Regin. Hungar. ʒiſs. Tinct. Benzo. ʒſs. Mel. Roſ. col. q. ſ. m.

Ad Dentes carioſas, & Gingivas purulentas.

*Lixiv. de Calce.*

℞ Ciner. Abſint. ℥xij. Aq. Calc. Vin. alb. ã lib.iv. infunde levi calore xij. horas & liquor ſæpè per pannum VVallicum tranſcolando depuretur.

Sanguinem Sale muriatico abundantem corrigit: & Diureſin promovet. Valet ad Hydropem, & præſertim in Phthiſi ubi pedes tument.

*Lixivii Hydropici* lib.iv.

℞ Ciner. Geniſtæ, & Cort. Fabar. ã ℥ij. Succi Petroſel. ℥iv. Vini albi lib.iv. f. Lixiv. col. adde Sal. Tart. ʒj. Lig. Saſſaf. ℥j. Bac. Lauri, Iunip. Sem. Dauci Sylv. Sinap. Cymini, & Aniſi contuſ. ã ℥ſs. infunde frigidè 2 dies Col. adde Aq. Raph. comp. ℥iv. m.

Ebibantur ℥iv. his in die, ſingulis doſibus addendo Spir. Cochl. gut. xxx.

*Lohoch. de Allio* ℥ij.

℞ Lo hoch. ſan. ℥iſs. Alii cond. (ſecundum Pharm. Bat.) ℥ſs. Gum. Ammon. (Vino albo ſolut. & col.) ʒj. Pul. Ari comp. & Myrrhæ ã ʒſs. m.

Materiam craſſam Bronchiorum tubis, quinimò & Trachæ veſiculis ultimis impactam potentèr incidit; illam-

illamque dein, fibras motrices pungendo, Tuſſimque provocando) fortitèr exterminat. Allium enim particulis acribus, volatilibus, tàm mirè penetrantibus, omnia pervadentibus, & ſtimulantibus donatur, ut ejus odorem (inquit Bennat) exhalando Fonticulos pervadere; & eorum labra incidendo vellicare, comperiamus. Et (obſervanto Lovvero) ſi Emplaſtra ex Allio contuſo Pedum plantis applicentur, Oris halitus Allium ſpirabit. Hoc verò remedium minimè convenit, ubi datur Catarrhus tenuis acris; Sputum cruentum, Conſtitutio calida; Sanguiniſve, aut Præcordiorum æſtuatio.

*Lohoch. Anguinoſum.*

℞ Alb. Canis ſubtiliter pulv. & creti ℥j. Mell. liqu. col. ℥iij. vel q. ſ. Spir. Sal. Armon. q. ſ. ad acorem intenſum m. & quotiès acor iſte exhalando perierit, addatur denuò ſpiritus.

*Lohoch. Apophlegmatici ℥iv.*

℞ Syr. Hyſſopi ℥iiſs. Ol. Amygd. dulc. ℥j. Ol. Aniſi gut. ij. Tinct. Myrrhæ ʒj. Pul. Rad. Ireos Florent. ℈iv. Flor. Benzo. ℈ſs. Pul. Nicotianæ gr. iv. Spir. Sal. Armon. gut. xvj. m.

Partes pungendo, Salivam limpidam alliciendo, Pituitam craſſam incidendo, Glandulas exonerando, & vias lubricando, Phlegma viſcidum è gulâ educit: atque uſui eſt, quandocunque Vvula, Parotides, & Gulæ partes internæ tument; Saburrâ mucosâ aggravantur; & quando Screatus fuerit provocandus; & Tuſſis deficiens arte revocanda.

*Lohoch.*

*Lohoch. Aſthmatici.* ℥ivſs.

℞ Syr. Hed. terr. de Praſſio ā ℥iſs. Oxym. ſimpl. ℥j. Pul. Ari comp. Rad. Ireos, Gum. Ammon. (Aq. Cinnam. ſol. & col.) ā ʒj. Elix. Propr. cum Ol. Sulph. parati) ʒſs. Flor. Benzo. gr. xij. m.

Viribus inſignitur iiſdem ac illud de Allio; nempe potentèr Incidit; Tuſſim provocat; & Expectorat: hoc verò obtinet privilegii, quòd Sanguis maſſam non exacuat, aut accendat: atque id proptèr craſi calidâ conſtitutis, & actu febricantibus (uti ſunt Aſthmatici) magis eſt idoneum.

*Lohoch. Balſamaci* ℥iij.

℞ Balſ. Tolut. (pulv. & ſolut. in vitello ovi) ℥ſs. Lohoch. ſan. ℥j. Balſ. Peruv. gut. iv. Syr. Tuſſilag. q. ſ. m.

Integrè poſſidet omnes illas dotes, quæ de Electuario Balſamico ſuprà memorantur; hoc tamen cum auctuario, quòd quoniàm palato longè magis gratificatur, Delicatulis, nauſeantibus, & Capivii amarorem horrentibus commodiùs offertur.

*Lohoch. Bechicum.*

℞ Troch. Bech. nig. pulv. & cibrat. ʒij. Lohoch. ſan. ℥ſs. Syr. Iujub. q. ſ. m.

Acorem obtundit; irritationem ſedat; oblinit, lubricat, incraſſat, & maturat. Tunc præſertim ex uſu eſt, cum Serum acre, & tenue è glandulis extillans, Laryngem continuò titillat, & Tuſſi perpetim recurrenti crudelitèr fatigat.

*Lohoch.*

*Lohoch. Commune.*

℞ Troch. Bech. alb. pul. ʒiij. Ol. Amygd. dulc. Syr. de Alth. ã ℥iſs. m.

Partes Gulæ æſtuantes, torrefactas, & aſperas, magis refrigerat, humectat, & lubricat, quàm ſuperius illud Bechicum: momento minùs autem oblinit, incraſſat, & maturat. Febricitantibus gulæ aſperitate, deglutiendi difficultate, aut Raucedine affectis; Item Tuſſi, à materiâ medio modo inter craſſam, & tenuem conſtitutâ, vexatis, utiliſſimè præſcribitur.

*Lohoch. Enulati.* ℥iv.

℞ Pul. Rad. Enulæ, Ireos Florent. Glycyrrh. Terræ Japon. ã ʒij. Ol. Aniſi gut. ij. Syr. de Mecon. ℥iij. vel. q. ſ. m.

Mixto modo operatur; ſc. primò materiam in gulâ aggeſtam attenuat, & educit; deindè irritationem ſedat, ulterioremque ſeri acris extillationem refrænat; atque tùnc præcipuè indicatur, quandò materia Catarrhalis lente defluit; & aggeſtionis, potiùs quàm acoris ratione, Tuſſim excitat: qualis eſt iſta Tuſſis, quæ manè potiſſimùm repetere ſolet; & ſaburrâ aggravante plenariè evacuatâ per totum diem inducias concedit; neque multùm indè amplius ante fatigat, quàm nova colluvies ad turgeſcentiam depoſita eam denuò reſuſcitet.

*Lohoch. Haly* ℥ij.

℞ Pul. Haly recens parati ℥ſs. Diacodii q. ſ. m.

Potentiſſimè incraſſat, Acorem obtundit, partes demulcet, & titillantem Tuſſim ſedat: atque ità Catarrho tenui præcisè appropriatur. Phthiſicis quidem confert, non diffitear; illud verò ſecundariò

tan-

tantùm, quatenùs nempè tuſſim gutturalem placat; quæ continuâ ſuccuſſatione Pulmones aliàs exagitare, & (antliæ in modum) ſerum acre in eos atrahere ſolet; non verò primariò Pulmones afficit, in quos deſcendere nequit. Aſpera enim Arteria, quâdam Naturæ providentiâ, nerveâ membranâ tàm exquiſiti ſenſûs intus coopertur, ut nihil omnino (præter Aerem) ne guttulam quidem aquæ limpidæ; nedùm vel Salivæ ipſius (quamvis congeneris adeò liquoris) abſque gravi moleſtiâ, & renitentiâ, admittere poteſt; eamque ſtatim totis viribus, & ſtrangulatoriis nixibus, rejicere conatur. Ratum ergò habeatur, quò nulvim Eclegma, neque quicqam aliud medicamenti (præter vapores, & Suffitus) in Pulmones directè, & immediatè convehatur: & quodcunque remedium eos maxime afficit (uti Balſamica, & Volatilia) mediate ſolùm, & per Sanguinis curriculum (neque Natura aliam novit viam) in ductus Tracheales ſuffundatur.

*Lohoch. Hæmoptoicum.*

℞ Aq. Roſ. Damaſc. Aceti acidiſſimi ā ℥ſs. Album. Ovor. conquaſſat. N. ij. Syr. Boyl. ℥j. inter comiſcendum in mortario, ſenſim adde pulv. Amyli q. ſ. ad conſiſtent. debitam. m.

*Lohoch. Iaponicum.*

℞ Pul. Ter. Iapon. ʒij. Album. Ovi conquaſſ. ʒvj. Syr. de Symph. q. ſ. m.

Optimè meretur adverſus Hæmoptoen; Sanguinem enim refrigerat, & incraſſat: Tuſſim catarrhalem Pulmones lacerantem ſiſtit; vaſorumque ora rupta, & dehiſcentia claudit, & obſignat.

*Lohoch.*

*Lohoch. Incraſſans.*

℞ Pul. rad. Alth. ʒiij. Flor. Sulph. ʒj. Gum. Arab. pul. ʒſs. Alb. Ovi conquaſſ. ℥j. Syr. Alth. q. ſ. m.

Egregie prodeſt in omnibus defluxionibus calidis, tenuibus, acribus, & ſalſis, in Aſperam arteriam ſuffuſis, & continuâ tuſſi inſomnium creantibus.

*Lohoch. Lævigant.*

℞ Syr. Alth. Alb. Ovi conquaſſ. ā ℥j. Sacch. penid. ℥ſs. m.

Febricitantibus, contra Linguæ, Faucium, & Gutturis æſtum, ſiccitatem, ſcabritiem, rigiditatem, excorationem, & dolem, à Salivæ, vel dificientis, vel depravatæ culpâ ortas, ſolatio eſt inſigni, & adjumento.

*Lohoch. de Lino.*

℞ Ol. Lini recens expreſp. Pul. Sacch. candi albi Syr. e ſucco Hed. terr. ā ℥ſs. Pul. Ireos Florent. ʒj. Flor. Sulph. ʒſs. Tinct. G. Ammon. gut. xij. Ol. Aniſi gut. iv. Sal. CC. volat. gr. vj. m.

Phlegma Craſſum incidit, Expectorat: & optimè inſervit adverſus Pleuritidem, & Orthopnæam.

*Lohoch. Lucatelli.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ij. Conſ. fruct. Cynosb. ℥j. Balſ. Lucatel. ʒiij. Syr. e Symph. q. ſ. m.

Quamvis Eclegmatum deſcenſum immediatum in Pulmones ſuprà pernegavi; eorum tamen in eos (mediante ſanguine) admiſſionem animitùs aſtruxi: hicque jam ſubnectere libet, omnia vera Pulmonica, ex ejuſmodi particulis conſtare, quæ in cruorem ſuffuſæ, amaſsâ ſanguineâ ſubigi, & aſſimilari nequeunt;

&

& quià non miſcibiles ſunt, denuò ſtatim exterminatæ ex Arteriis pneumonicis, in ductus tracheales penetrant; ibique variè pro variâ quâ pollent indole, operationes edunt: ità Volatilia incidunt, aperiunt, ſtimulant; & Balſamica Tubercula diſcutiunt, & diſtentiones rupturaſque ſanant. Sed ſpeciatim ut de hujus Balſamici Linctûs virtutibus breviter dicam; Tuſſim gutturalem Pulmones exagitantem, & lacerantem ſiſtit; veſiculaſque tracheales tumidas, tenſas, & læſas detergit, & ſanat.

*Lohoch. Mucilaginoſum.*

℞ Sem. Pſyllii. Cydon. ā ʒiſs. decoq. in Aq. Roſ. q. ſ. ad Mucilaginis extractionem; col. ℥iv. adde Alb. Ov. conquaſſ. N. j. Sacch. candi albi pulv. ʒv. m.

Hoc viribus æquat, forsàn & ſuperat ſupradictum Lohoch. Lævigans.

*Lohoch. Myrrhiſatum.*

℞ Myrrhæ pulv. ʒij. Croci ℈ſs. Nuc. Moſc. ʒſs. Mellis ℥ij. m.

Fido huic Thoracio conceſſum eſt, ut (mediante ſanguine) ad intima Pulmonum penetralia promptè admittatur; ibique materiam craſſam impactam reſolvat; putredinoſam corrigat; tubulos, & veſiculas detergat; Tubercula diſſipet; excoriationes, minutiaſque continui ſolutiones ſanet; totos Pulmones balſamo condiat; fibriſque tonum roburque impertiat. Phthiſicis (ut compendio agam) primo adhùc ſtadio verſantibus optatiſſimum eſt, præſtantiſſimumque profecto remedium.

Lohoch.

*Lohoch. Oleoſi ℥ivſs.*

℞ Ol. Amygd. dulc. Syr. Capill. Vener. ā ℥iſs. Pul. Sacch. candi albi creti ℥i. Glycyrrh. ℥ſs. m.

*Lohoch. de Olibano.*

℞ Pul. Olib. ʒj. Fl. Balauſt. ℈j. Mel Roſ. ℥ij. Sp. Vitrioli q. ſ. m.

Faucium, & Gulæ excoriationibus ſanandis commodè inſervit.

*Lohoch Peruvianum.*

℞ Lohoch. ſani ℥iſs. Balſ. Peruv. ʒj. Vitel. Ov. ʒiij. m.

*Lohoch. Pleuriticum.*

℞ Syr. Papav. errat. Ol. Lin. ā ℥ij. Ol. Aniſi gut. ij. Sacch. ʒij. m.

Idoneum eſt in verâ Pleuritide, & Peripneumoniâ, (anhelitûs difficultate, & ſputo cruento comitatâ) dolorem lenit, aperit, maturat, vias lubricat, & expectorat.

*Lohoch. Puerperarum.*

℞ Sperm. Ceti ʒij. Pulv. Balſ. Tolut. ʒj. Balſ. Peruv. Tinct. Benzo. ā ʒſs. Vitel. Ov. N. j. Sacch. candi albi cribellati ℥ij. Syr. Alb. q. ſ. m.

*Lohoch. ad Raucedinem.*

℞ Sperm. Ceti ℥ſs. Sach. alb. ℥j. optimè ſimul concuſis in mortario ſenſim adde Syr. Balſ. ℥iij. vel q. ſ. m. f. a.

*Lohoch.*

### *Lohoch. Rubrum.*

℞ Conſ. fruct. Cynosb. ℥ſs. Syr. bac. Samb. Ol. Amygd. dulc. ā ℥j. m.

Elegantiſſimum viſui, & jucundiſſimum guſtui hoc Lohoch, Fauces, & Gulam torrefactas, aſperas, rigidas, contractas, ferè combuſtas, rimis, fiſſuris, & excoratione affectas, grato mucore obducit; oleoſitate leni imbuit; Sapores in ore perceptos odioſos obliterat; Salivæ acrimoniem minuit; Sitim fallit; partes reddit lubricas, & flexiles; Deglutionemque facilitat. Memini cujuſdam Variolis miſerè decumbentis, qui avidiſſimè hunc Linctum devorabat; tamque ardentèr illi inhiabat, ut ſine ſuo Aureo remedio (quo titulo illum honeſtabat) ſe vivere non poſſe, clamanter ſæpe, & urgenter profiteretur. Novi etiàm Infantulam unum annum natam, tuſſi violentiſſimâ, ad internecionem ferè conflictantem, hoc unico linctu citò, & perfectè curatam.

### *Lohoch. de Spermati Ceti ℥iv.*

℞ Troch. Bech. alb. Sperm. Ceti ā ʒiſs. Ol. Amygd. dulc. Syr. Balſam. ā ℥iſs. Conſ. fruct. Cynosb. ʒvj. m.

Felici cum ſucceſſu exhibetur ad Tuſſim Catarrhalem ferinam, quæ acerbam Pectoris teneritudinem, & excorationem induxit. Acorem namque obtundit; partes lubricat; & mirificè ſanat.

### *Lohoch. Stypticum.*

℞ Syr. de Symph. Ol. Lini ā ℥i. Croc. Mart. aſtring. ℈iv. Sacch. Saturni ℈j. Sach. candi albi pul. ʒiſs. m.

Ad

Ad Vomitum Sanguinis ; Sputumque cruentum apprimè utile. Cautiones veró circa Aſtringentium uſum in Hæmoptyſi vide ſub titulo Infuſ. Roſ. comp.

*Lohoch. Viride.*

℞ Sapon. Ven. raſ. ℈ij. Ol. Amygd. dulc. Syr. Viol. ā ℥j. m.

Laryngem irritando, Tuſſim provocat ; & ( ultra omnia ferè quibus ditatur Reſpublica Medica ) vias lubricat ; & Excreationem facilem, promptam, & expeditam, reddit.

*Lohoch. Vitellinum.*

℞ Sperm. Ceti ʒijſs. ſubigatur in mortario cum Vitel. Ov. N. j. & adde ſ. a. Ol. Amygd. dulc. Syr. Alth. ā ℥j. m.

Vſui eſt contra Oris & Linguæ æſtum, ſiccitatem, Eroſionem, fiſſuras : item contra Tuſſim catarhalem, & Raucedinem cum fructu præſcribitur.

Atque hic ad calcem Eclegmatum, Notatiunculas quaſdam de Pectoralibus forsàn non omnibus paſsìm clarè, & diſtinctè perſpectas ; nec Practicantibus omninò obſervatu inutiles libentiſſimè ſubnectam.

Primò Dulcia, Mucaginoſa, Incraſſantia, licet Excreationem Pituitæ è Gulâ ipsâjuvare poſſint ; licet etiàm Sanguinem molliorem reddant ; Humoreſque ad Maturationem, & Evacuationem diſponere queant ; Nil tamen omninò ( proprie loquendo ) è Thoracis profundo exhaurire valeant : atque ideó quoties Sanguis eſt effætus, & in Pulmonibus ſubſiſtit ſaburra craſſa elimananda ; perperam & peſſimè præſcribuntur : Sanguinem enim mucoſó gravi chylo ulteriùs inquinabunt ; Pulmoneſque ipſos copioſiori adhùc recrementorum colluvie refercient.

Secundò, Acria ſtimulantia, quæ in Pulmones non verè deſcendunt; ſed ſolummodò Laryngem titillando, pungendo, & irritando Tuſſim excitant; exindeque Pulmones per conſenſum exagitando, humores ex iis ſecundariò excutiunt, hæc inquam, materiam duntaxat fiſtulis pneumonicis laxè fluitantem exantlant: atque ideò fruſtrà tentantur, quotiès materia copioſa tenax Bronchiis, & veſiculis adeſt impacta: quinimò & ſæpe damnosè uſurpantur, quia Pulmones inutiliter fatigant; eorumque tonum necquicquàm labefactant.

Tertiò, Nulla dantur (proprie dicta) Expectorantia, præter Volatilia, & Balſamica: atque hæc non directè per Tracheam delapſa ſed per Sanguinem circulantem advecta, in Pulmonum vaſa, & intimos receſſus ſuffunduntur; eaque ſola penes eſt Phlegma tenax, & materiam purulentam gypſeamque è Bronchiis, Veſiculis, & Tuberculis crudis ſubmovere, & exterminare: atque ideò ubicunque conjecturâ Medicus aſſequitur, Phthiſeos veræ fundamina cuipiam jàm in Pulmonibus jacta eſſe: futilibus aliis quibuſcunque poſthabitis, his primariò & præcipuè inſiſtendum eſſe uſus poſtulat; atque ille qui ſecùs fecerit, Experientiæ ſcuticâ ſerò percutietur.

*Lotio Aromatica.*

℞ Sal. Tart. ℥ſs. Lig. Saſſaf ℥ij. coq. in Aq. font. lib.v. ad lib.iv. col. adde Herb. Serpil. Majoranæ, Roriſmar. Lavend. ā Mj. Sem. Sinap. ℥ſs. Mac. Nuc. Moſch. ā ʒiſs. Garyoph. ʒj. infunde ſuper ignem duas horas in vaſe clauſo.

Col. calida vel. cum panno (aut Spongiâ) Capiti applicetur. Vel per clepſhydram, (aut gutturnium) Capiti inſtilletur, vacuo ventriculo. Et lotione peractâ,

actâ panus Linimento Cephalico illitus, ac Thure accenſo fumigatus, Capiti adhibeatur.

Ad affectiones Capitis frigidas.

*Lotio Camphorata.*

℞ Camph. inciſ. ʒij. teratur in Mortario vitreo, ſenſim affundendo Succi Limon ℥j. dein. adde Vini albi lib.j. coletur;& Camphora reſidua, peciâ ligata, in vitro ſuſpendatur.

Ad Faciei maculas, & dehoneſtamenta diſcutienda.

*Lotio Cephalica.*

℞ Fol. Lauri, Herb. Beton. Verbenæ, Majoranæ, Roriſmar. Lavend. ā Mij. coq. in Lixiv. lib.vj.ad lib iv. ſub finem addendo Gariophyl. Nuc. Moſc. pul. ā ʒij. col.

Vires petantur è Linimento Cephalico; potentiùs verò Diſcutit, & per Diaphoreſin evacuat. Domina quædam perhoneſta mihi retulit ſe tribus ſuis liberis ballutientibus Lotionem Cephalicam frequentèr adhibuiſſe; exindæque factum eſſe, ut (Vocis Organis, proùt viſum, roboratis) inhæſitantèr, & rectè poſteà, loquelam edere potuerint. Spongiâ huic immersâ, & expreſsâ Caput raſum calidè foveatur, per horæ quadrantem pro vicè, horis matutinis; frigoris indè ſuſceptionem diligentèr cavendo.

*Lotio de Ceruſsâ.*

℞ Ceruſſæ lib.ſs. Aceti Aq. fl. Samb. ā lib.ij. coq. ad lib.iij. per ſubſid. depur. col.

Hoc decocto calido pars lavetur: vel linteolis duplicatis (aut triplicatis) illi intinctis contegatur.

Egregiè extinguit Inflammationes externas, Eryſipelas, &c. calidaſque cutis Eruptiones repellit.

*Lotio ad Eruptiones.*

℞ Vitrioli virid. Anglic. ℥ij. Alum. crudi ℥ſs. coq. in Aq. font. ℥xij. ad ℥viij. continuò deſpumando, liquor clarus perfectè depuratus in lagenâ vitreâ diu poteſt aſſervari.

*Lotio ad Eryſipelas.*

℞ Spir. Vini lib.ſs. Sacch. Saturni ʒj. m. Expertus laudo.

*Lotio Facialis.*

℞ Litharg. Argenti pul. ℥ſs. Aceti ℥iv. coq. ad tertias; & in alio vaſe coq. Alum. & Salis ā ℥ſs. in Aq. Roſ. lib.ſs. ad deſpumationem: dein miſce utroſque liquores.

Maculas diſpungit; Fermentum fædum cutaneum deſtruit, Materiam repellit, & intùs adigit; poroſque occludit, nè denuò repulleſcat. Facies bis in die lavetur; blandè confricetur; & per ſe ſiccari ſinatur.

*Lotio Mercurialis.*

℞ Pul. Mercur. ſublim. ʒj. pone in vaſe ſtanneo cum Aq. lib.iij. ſtent 24 horas (cum ſpatulâ ligneâ ſubindè agitando) donec liquor nigreſcat, ac ità perſtet, tandem coletur per chartam, ut fiat liquor limpidus.

Mercurius ſublimatus probetur, ſi affricetur illi ſal. Tartari; vel ſi eidem guttæ aliquot Olei Tartari per deliquium affundantur: tunc enim Mercurius ſublimatus (aliàs caudidus) ſi eſt legitimus, Flavus fit. cùm contrà, ſi de Arſenico is participet, fiet nigerrimus.

Medicamentum hoc contra turpitudinem quamcumque Curaneam inſigniter juvat; quatenùs nempè

humores

humores intra porulos, & foraminula (ut minutiſſima) impactos expedit; Salium, & Sulphurum combinationes inveteratas, & pertinaces diſſolvit; totamque ubi applicatur curim, quoad meatus ejus malè conformatam, reſtituit, & *euron* facit: quapropter non tantùm ad Faciei maculas abſtergendas; ſed etiam ad Paſtulas, & Ruborem ejus; nec non ad Affectus Eryſipelt *odeis* & Puncta in facie nigricantia tollenda, & Animacula ibi nidulantia necanda, utile eſt.

Attamen aliquandò male cedit, namque Hydrargyri particulæ unà cum ſalibus (à quibus in minutias dividuntur, acunturque) Faciei applicatæ, materiam indè noxiam, & defædatoriam poris excutiunt, ac depellunt; eam verò intus repercuſſam inſequuntur, & propediem Sanguini, & Nervis (quorum craſes lædunt) ſe facilè inſinuant: quinimò horum commeatu, ſæpiſſimè Cerebro, & nonunquàm Præcordiis, Dentibus & Partibus aliis virulentiam ſuam, non raró poſteà indelebilem, imprimunt.

Hoechſteterus Dec. 3. Caſ. 4, p. 233, aſſerit, quòd Rumlerus Decocto uſus eſt Diaphortico, & Diuretico, ut Mercurium nimìs illitum, in curâ Luis Venereæ, propulſaret.

℞ Rad. Emulæ camp. ℥ij. Rad. Fænic. ℥iſs. vini lib.ijſs. infuſa per diem naturalem coq. ad caſum tertiæ partis div. col. in partes iv. bibat partem unam manè & alteram veſperi; ac ſudet coorpertus; & exibit Sudor citrinus: quâ potione utendum, donec talis color non videatur amplius. Quadam Theriacâ, ejus loco, utuntur.

Eſt ubi Mercurius licèt Sanguinem haud ſubintret, tamen phlogoſin maculoſam, tumoremque acrem, & periculoſum externè concitat,

Hoc in caſu ( venæſectione nequaquam omiſsâ , ) foveatur pars Lacte calido , Decocto Glycyrrhizæ & Malvæ ; & poſtea ſequenti.

℞ Aq. Calc. ℥xiv. ſp. Vini ℥ij. Troch. alb. Rhaſ. ℥ſs. m.

VVepferus de Cicutâ aq. cap. 20. p. 296. hæc habet, Memorabile eſt quod tradit Kunkelius , nimirùm cuidam tenellæ ætatis contra Prediculos ſuaſum fuit Linimentum.

℞ Mercur. dulc. ʒij. Mercur. vitæ ℈j. Vngu. Pomati ℥j.

Pharmacopæus imperitus loco Mercurii dulcis , permiſcuit Sublimatum inde Caput valde intumuit cum Inflammatione , ut brevi infante percundum fuiſſet, niſi a Medico intellexiſſet præſentem antidorum Lixivium forte eſſe , quo cum linteo applicito , brevi convaluit : itâ tamen ut Capilli deciderint.

*Lotio Pedalis*

℞ Capit. Papav. albi ( cum Sem. contuſ. ) ℥iv. Fol. Salicis , Herb. Lactucæ , Malvæ , Viol. ā Mij. coq. in Aq. & Lact. ā lib. v. ad lib. viij. col. diſſol. Nitri ℥iv. m. in Pelluviis ponatur.

Æger in hâc calentiſſimâ factâ immiſſis pêdibus ſedat per horam dimidiam ; deindè lectum petat ; & quieti ſe componens ſomnum expectet.

Ioel vult , ut poſt Lotionum , plantæ pedum Sale & Aceto ſimul mixtis aſperiùs confricentur ; & Plantæ calido aſſeri querno applicentur ; mirificè enim, eâ ratione , fluentes ex Cerebro humores deorsùm evelluntur.

In Febribus plurimùm æſtuoſis , quandò Sanguis acer , fervidus , & ebulliens , impetu facto , Cerebrum tumultuariè petit ; & Spiritus acendit , inque Diſtra-

ctiones,

ctiones, & Furias agit, unde Capitis ardor, ſuſurri, bombi, ſtrepitus, conturbatio inexplicabilis, truculentæ rerum imagines, terror, furor, Delirium, & Vigiliæ concitantur; In hoc inquam caſu Pedilavium Potentiâ frigidum, & Actu calidum, ſuppetias afferre poteſt; propterea quòd Sanguinis motum Inferiora verſus ſolicitet; nec tamen eum magis accendit, & conturbat; ſed potiùs è contrà, refrigerat, & ſedat.

Sciendum enim eſt primò, in Corpore noſtro, Duos planè diſtinctos eſſe Sanguinis Magnos, & Provinciales Circulos; unum nempè per Arteriam aſcendentem in partes ſupra Cor ſitas; atque alterum per Deſcendentem, in ſubter ſitas. Secundò, Quò rapidiùs, & pleniori fluento Sanguis in Inferiorem Provinciam irruit; eò placidùs, & minori rivo in oppoſitam ſuperiorem influere neceſſe eſſe; & è contrà. Atque Hoc Fundamento nititur rationalis doctrina de Revulſione Vniverſali.

At verò hic ſummè notandum, quòd in Febribus mali moris, quandò Sanguis non violentèr efferveſcit, & irruit; ſed potiùs Cerebrum vix ſatis irrigat, & vivificat; Etiam & quandò Spirituum inopia, abrupta ſeries, ab invicèm diſtractio, & diſſipatio, Vigilias, & Deliria pariunt; In hoc, inquam, caſu Pedum lotio prorsùs noxia eſſe deprehenditur; quia Circulum Inferiorem quò magis adauget; eodem dimenſo Superiorem minuit; exindeque Cerebrum ſanguine, & Spiritibus defraudat.

*Maſticatoria.*

℞ Pul. Rad. Pyreth. ℥ſs. Maſtich. ʒij. Ol. Caryoph. Origani ā gut. iij. Oxym. Scill. & Ceræ ā q. ſ. f. pilæ juſtæ magnitudinis.

Conve-

Conveniunt in Catarrhalibus Capitis, & vicinorum locorum affectibus; item in Vvulæ prolapſu, Dentium doloribus. Licet non immediatè evacuant è Cerebro, quià tamen lympham evacuant, & à Cerebro avertunt, ſecundariò opem fuerunt in Cephalalgia, Hemicraniâ, Apolexiâ, Paralyſi, Lethargo, &c.

Sæpè etiam Sternutatoriorum vicarii ſunt, ubi ea minùs tuta ſunt; & nihilominùs ſeri uberioris evacuatio per Nares, aut loca vicina immediatè inſtitui debet.

*Mel Paſſulatum.*

℞ Vvar. Paſſ. Malacenſ. à Staminibu, & acinis mundat: lib.ij. Vvar. Corinth. lot. lib.j. Iujub. lib.ſs. terantur in mortario; Coq. in Aq. Hord. q.ſ.f. Expreſſio fortis, cui per ſubſidentiam depur. & rursùs col. adde Mellis deſpum. & Sacch. cryſtal. ā ℥iv. coq. lento igne, & reduc. ad Mellis conſiſtentiam.

Inter Pectoralia Incraſſantia. & Demulcentia præſtantioria, locum habere meretur.

*Mel Paſſulatum* juxta *Mayerne.*

℞ Vvar. Paſſarum lib.iv. Aquæ lib.xij. Macerentur horas 24. deinde coq. ad remanentiam tertiæ partis: col. & colatura decoquatur ad mellis conſiſtentiam.

Paſſulæ Solis dictæ propter Tartaream Aciditatem cum Saccharino Dulcore delectabiliter combinatam, magis quàm Malacenſes palato gratificantur, Sitim alleviant. Obſtructiones expediunt, atque in ſiticuloſâ Febre, & Affectione Hypochondriacâ commodius uſurpantur.

Malacenſes rariùs quidem præſcribuntur; ſed tamen illas alteras Mucagine medicamentoſâ longè antecellunt; atque eo nomine, in Morbis Pectoralibus, & ubi-

ubicunque vel Partes leniendæ, & lubricandæ; vel Serum acre crudum obtundendum aut maturandum venerint, multò expetibiliores ſunt habendæ.

*Mel Pectorale.*

℞ Mellis lib. j. Rad. Enulæ Glycyrrh. ā ℥j. Sem. Cymini, Aniſi, Fænic. dulc. Flor. Sulph. ā ℥ſs. ponantur omnia in vaſe figulino invitreato lib vj. capaci: paſtâ obducetur; & in furno (poſt panes domeſticos extractos) xij. horas coquatur: per colum liquor clarus (fæcibus in fundo relictis) decantetur.

Doſ. cochl. j. ſæpè.

*Miſtura Acoviſtica.*

℞ Tinct. Caſtor. ʒij. Ol. Salv. Roriſmar. Garyoph. Major. ā gut. ij. m.

Auris partes internas roborat; Tympani laxatum tonum reſtituit; Nervum Auditorium obſtructum aperit; Spirituumque commeatum liberiorem allicit: Multum valet contra Tinnitum, & ſurditatem. Sin verò Auris cerumine, & ſordibus inferciatur, ante hujus uſum debet, ope liquoris appropriati, per ſyringam injecti repurgari. gut. iij. Cotone, vel Lanâ exceptæ in Aurem immittantur; & ſingulis diebus Veſperi renoventur.

Aliquot (ex Sennerto) regulas generales, in omnibus Aurium morbis curandis obſervandas proponam.

1. Medicamenta quæcunque Auribus immittuntur, ſint Tepida; non intensè Calida vel Frigida.

2. Nova Medicamenta non imponantur, niſi Auris à ſorde præcedentis medicamenti optimè expurgata ſit.

3. Vnâ vice iij. vel iv. guttas immittere ſufficit.

4. Poſt

4. Poſt. Medicamenti in Aurem immiſſionem, æger ſuper Aure ſanâ jaceat.

5. Auribus immittenda ne ſint valdè Vnctuoſa, aut Viſcoſa.

6. Caput in omni ſurditate diligenter roborandum, tum Internis, tum Externis.

Et ex VVedelio ſequentes.

7. Suffitus magis exſiccant; Vaporoſa humida magìs demulcent: Oleoſa & Spirituoſa magis diſcutiunt, & roborant, ſed in ſingulis cavendum eſt ſemper nè quid nimis.

8. Immiſſis topicis, Maſticare conſultum eſt, ut magis penetrare poſſit medicamentum.

9. Si Aurium adfuerit Tinnitus, Tubæ Acoviſticæ rariùs prodeſſe ſolent; inquit Nuck. p. 55.

Oleum Amygdalarum amararum in Surditate, & Tinnitu quidem Aurium commendatur; ſed ob Aurium aufractus in hujus uſu, cauto opus eſt. Id enim ad Timpani membranam ubi profluxit, cum haud facilè extergi queat, laxat interim Membranam; atque ita gravi Auditui non modò non medetur, ſed porrò eam auget; Sim. Paulli quadripat. de Amygd. p. 19.

*Miſt. Alcaliſata*

℞ Coral. rub. in ſubtile Alcohol. lævigando redacti ʒij. Sal. Abſint. ʒß. Aqu. Lact. Alexit. Ment. Cinnam. Gent. comp. Abſint. comp. ā ℥ij. Spir. Sal. Armon. Spir. Lavend. comp. ā gut. 80. m.

Contra Vomitum, Angorem ſtomachalem & dolorem dentur cochl. ij. ſingulis horis

*Miſt. Ammoniaca.*

℞ Gum. Ammon. Succi Glycyr. Hiſp. ā ʒij. diſſolv.

ſolv. ſ. a. in Aq. Hyſſopi ℥ij. col. adde Syr. è Succo Hed. terr. Oxym. ſimpl. ā ℥ij. Ol Aniſi gut. ij. Tinc. Benzo ʒij. m.

Adverſus ſpirandi difficultalem detur cochl. j. ſæpè.

*Miſt. Apoplectica.*

℞ Balſ. Peruv. gut. xxxij Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. Ol. Garyoph. gut. ij. Sacch. alb. ʒij. Vitel. Ov. N. j. ritè commiſtis adde Spir. Lavend. comp. ʒj. Spir. Cochl. ʒſs Aq. Ceraſ. nig. ℥iſs. Aq. Pæon. comp. ℥ſs. Sp. Sal. Armon. gut. xviij. m.

Detur. cochleatim.

*Miſt. ad Arenulas.*

℞ Syr. Alth. Ol. Amigd dulc. ā ℥iij. Spir. Vini tartariſ. (vel Aq. Regin. Hungar.) ℥iſs. Vitel. Ov. N. ij. Ol. Aniſi gut. viij. Spir. Sal. Armon. gut. 60 vel 80. m.

Doſ. cochl. iij. alternis horis.

*Miſtura Aromatica.*

℞ Tinct. Sal. Tart. ʒvj. Ol. Cinnam. Garyoph. Nuc. Moſc. ā gut. vj. Piperis, Abſint. Ment. ā gut. iv. m.

Vel fieri poteſt Aromatica volatilis Recipiendo Tinct. Tart. ℥ſs. Sp. Sal. Armon. ʒij. & olea dicta.

Stomacho apprimè utilis eſt; ejus Calorem, & robur fovet; Inflationes diſcutit, Cibi faſtidium tollit; Appetentiam excitat; Concoctionem promovet. Doſ. gut. xx. vel xxx. ex hauſtu Vini Canar. vel. albi.

*Miſtura Aſthmatica.*

℞ Aq. Papav. errat. ℥ix. Oxym. Scillit. ℥iij. m.

In hoc Affectu utplurimùm deprehendere eſt; Sanguinem æſtuosè bullientem; Obſtructionem Bronchio-

rum

rum phlegmaticam ; Conſtrictionemque fibrarum ſpaſmodicam ; quibus omnibus directè it obviàm hæc Miſtura. Dentur ℥iv. bis, terve in die, Paroxyſmo urgente.

Infantum Aſthma utplurimùm è ventriculo onerato oritur ; dum mucilagines acidæ coacervatæ, & flatulentâ turgeſcentiâ tumefactæ irritant orificium ſuperius Ventriculi ; unde per conſenſum firmiſſimæ connexionis Diaphragmatis, & Muſculorum Expirationi inſervientium, pectus tenellum aggravatur. Ab hoc Aſthmate, provocato Vomitu ſtatim liberabuntur, authore Primeroſio. Etmull.

*Miſtura Aurea.*

℞ Succi Chermes col. ℥ſs. Syr. Garyoph. & è Rubo Idæo ā ℥ij. Ol. Nuc. Moſch. gut. ij. Ol. Garyoph. gut. j. Fol. Auri N. v. m.

Virtutis magis quàm Subſtantiæ reſpectû verè Aureum hoc Remedium, tùm Matrem, tùm Fœtum ſingulariter adeò reficit ; vigoremque & vitalitatem utriſque imperit ; ut ſi per Menſem ante Puerperium ; ad cochl. j. bis in die uſurpetur, feliciſſimum Partum, vividumque Infantem reddere perhibeatur.

*Miſt. Balſamica.*

℞ Balſ. Capiv. ℥ſs. Vitel. Ov. N. ij. Syr. albi ℥ij. Vini albi ℥viij. m. & col.

Copayba longè nobiliſſimum eſſe remedium expertus ſum ; ac inter Balſama præſtantiſſima primas obtinere dignum judico : Quoniàm verò nondùm ſatis pro merito paſſim omnibus innotuerit ; quaſdam ejus proprietates hic coràm ſiſtere, & brevitèr explicare lubens ſuſtinebo.

Sapore

Sapore donatur Amaro, Acri, Terebinthinaceo, admodùm penetranti, & in ore durabili: atque licet videatur eſſe quædam Terebinthinæ ſpecies; Vrinam tamen Odore violaceo minimè inficit; illam veró Sapore manifeſte amaro imbuit; ejuſque & Seri ſanguinis, & Salivæ, muriaticam ſalſedinem mirificè delet.

Sanguini Balſamicum characterem imprimit, illiuſque Cachexiæ ſcorbuticæ, rancidæ, & putredinali medetur. Valet (non tantùm externè applicatum, ſed & inrernè etiam exhibitum) ad Vlcera ſananda; ad Paralyſin. Arthritidem, Dorſi debilitatem, doloremque necnon ad Fluorem album, & Gonorrhæam.

Renes, Vreteres, & Veſicam, Arenulis, Muco, aut Pure obſtructos, Relaxatos, aut Vlceroſos, mirum quantum Detergit, Firmat, & Sanat.

Vrinam ciet; ejus ardorem extinguit: Contentaque cruenta, fæda, & purulenta, præ omnibus (quantum novi) aliis efficacitèr expurgat. Novi quendam chylum pro lotio excernentem, hujus beneficio integrè ſanitati reſtitutum.

Thoracium juſtè audit Optimum; Bronchia detergit; Pulmonibus tonum, & ſanitatem conciliat; atque (uti opinatus ſum) Tubercula cruda diſſolvit; Etenim obſervavi Tuſſes horrendum periculoſas, & Phthiſin aperte minitantes hujus ſolius uſu (ultra omnium expectationem) penitùs percuratas: Atque licet intensè amarum, & manifeſte calidum ſit; Hecticis tamen optime convenire notavi; quia ſalſedinem nempe, & acrimoniam tàm potentèr domat; putredinalemque inquinationem obliterat.

Si ad ℨij. vel ℨiij. pro doſi, ſub formâ potionis albæ propinetur, æque Catharſin molitur, ac ipſa Terebinthina.

Aliqui

Aliqui celebrant ad Diarhæam & Dyſenteriam : de hiſce verò Virtutibus nigil adhuc habeo experientiâ compertum.

Vt finem tandem faciam ; Nemo poteſt hanc Miſturam ullius culpæ cauſari ; niſi forſan id illi vitio verterit, quod palato non nimiùm adblanditur. Detur cochl. j. mane & veſperi quotidiè, per ſat longum temporis curſum ; ſi veró alvum juſto magis laxaverit ; vel doſis minuatur ; vel per vices aliquot ſubinde omittatur.

*Miſt. Balſam. Cephalicæ* ℥xij

℞ Balſ. natural. Peruv. ʒj. Ol. Nuc. Moſch. Garyoph. ā gut. iij. Roriſmar. gut. vj. Ovi vitel. j. ſubactis in mortario adde Sacch. alb. ʒvj. Spir. Lavend. comp. ʒij. Aq. Bryon. comp. Pæon. comp. ā ℥iſs. Aq. Ceraſ. nig. ℥viij. Spir. Sal. Armon. gut. ſexaginta m.

Doſ. cochl. iv.

*Miſt. Balſam. Gileadenſis.*

℞ Balſ. Gilead. veri ʒj. Tinct. Benzo. Spir. Lavend. comp. ā ʒiſs. vitello Ovi ritè malaxatis adde Syr. Balſ. Tolut. ℥iſs. Vini Malacenſ. ℥iv. m.

Pro Phthiſicis doſis cochl. j. ex Lacte, aliove idoneo vehiculo.

*Miſtura Balſamica Nephritica.*

℞ Balſ. Capiv. ℥ſs. Ol. Iunip. chym. ʒſs. Vitel. Ov. N. ij. Syr. de Alth. comp. ℥iiſs. Aq. Perſicar. ℥x m.

Nobiliſſimis donatur viribus, ad Vlcera interna ſananda ; ad Arthritidem ; Dorſi debilitatem & dolorem ; Fluorem album, & Gonorrhæam. Vrinam ciet ; & Calculos tàm ex Veſiculâ, felleâ, quam ex

Renibus pellit, uti nuper, non ſine ſtupore per experientiam edoctus fui exemplo cujuſdam Artificis in hoc Oppido (ſc. Peters fieldiâ) degentis, qui doloribus Nephriticis & Colicis horrendis excruciatus, in motus Convulſivos omnium membrorum tam fortes incidit ut à plurimis robuſtis viris in Cathedrâ ſuâ detineri non potuit. penſitatis morbi Symptomatis, Salia volatilia, & Remedia Antiepileptica fore inutilia credidi; ergo propinare miſturam laudatam in animum induxit. Aſſumptis plurimis cochlearibus; Vrinæ (cum ſabulo arenoſo) magnam quantitatem reddidit. Atque varios Lapillos (Capparum magnitudine) per anum èxcrevit; qui procul dubio per ductum Bilarium ex Veſiculâ Felleâ deſcendebant: atque itâ priſtinæ ſanitati fuit (plaudentibus Amicis) reſtitutus. Ita communicator;

*Miſt. Balſam. Pectoralis* lib. ij

℞ Balſ. Capiv. ℈iv. Balſ. Peruv. gut. xvj. Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. Ol. Aniſi gut. ij. Tinct. Benzo. ℈viij. Vitel. Ovi j. ſimul triturando incorporatis adde Syr. Balſ. Tolut. ℥ij. Decoct. Pector. ℥xxx. m.

Doſ. ℥iv. cum Spir. Sal. Armon. gut. xij.

*Miſt. Balſ. Peruviana.*

℞ Balſ. Peruv. Ol. Mac. expr. Tinct. Benzo. ā ℈iv. Ol Aniſi gut. j. Vitel. Ovi j. perfectè ſubactis adde Tinct. dulc. lib. ſs. (vel Vini Canar. lib. ſs. & Sacch. albi ℥j.) m.

Balſamus Peruvianus cum Vitello Ovi ſolutus longè acrior. & penetrantior eſt; magiſque fauces vellicat, quàm per ſe guſtatus, inquit Etmuller.

Doſ. cochl. j. in vehiculo grato & idoneo.

*Miſtura*

*Miſtura Bechica.*

℞ Diacod. ℥iſs. Mithrid. Diaſcord. ã ʒj. Lohoch. ſan. ʒij. Aq. Puleg. ℥iv. m.

Strenuè militat contra Tuſſim, à frigore ſuſcepto contractam, dùm adhúc recens eſt, tenueque rheuma è glandulis expuitur: Incraſſat enim, obtundit, lubricat, ſpirituum irritationes placat, & Diaphoreſin promovet. Detur pro hauſtu ſingulari lectum petituro.

*Miſt de Bolo.*

℞ Aq. Cinnam. hord. ℥iv. Aq. Ment. Syr. Myrt. (vel è Roſ. Sicc.) ã ℥j. Boli pul. ℈ij. Diaſcord. ʒij. Ol. Garyoph. gut. j. Laud. liq. gut. xxx. m. pro duabus doſibus

Inteſtina confortat, roborat, & moderate conſtringit; eorum dolorem, nixuſque ſpaſmodicos conſopit; humorumque vaporumque acrium radios ad corporis circumferentiam, & foràs, per diaphoreſin amandat: atque itá ad Diarrhæam ſymptomaticam, Hypercatharſinque medicandam, remedium eſt omnibus numeris inſtructum.

Quoniàm Bolus hanc miſturam ingreditur, arreptâ obiter occaſione, paragraphum ſequentem ex VVedelio (Alcali, & Acidi Patronis lagendum) hùc transferre fert animus

Notandum (inquit ille) teſte experientiâ, Terrea & Bilem præcipitare; ac Acidos Succos, ipſoſque Seroſos abſorbere: Vnde concludi abſolute non valet. Vbicunque proſunt medicamenta Alcalina, ibi peccare Acidum; teſtatur enim Experientia, in plurimis ægris, & affectibus, Terrea prodeſſe, ubi omnium conſenſu, Acidum non peccat; ſed Bilis regurgitat.

&

& ſpumeſcit, quam diſſociant, inhibent, & in motu ſuo præternaturali refrænant.

Quibus conſentaneum eſt hoc Domini Floyeri experimentum, quòd Species Decocti amari Lixivio è teſtis Oſtrearum parato incoctæ, Amaritudinem deponunt, & ſubdulceſcunt.

*Miſt. Cardiacæ Aquoſæ* lib.ij. ℥x.

℞ Aq. Ceraſ. nig. Aq. Lact. Alexit. ā ℥xij. Aq. Cinnam. hord. Epidem. ā ℥viij. Aq. Cœleſt. ℥ij. m.

*Miſt. Cardiacæ Edulcorantis* ℥vj.

℞ Syr. Garyoph. ℥iv. Syr. è Rubo Idæo ℥iſs. Confect. Alkerm. ℥ſs. Ol. Nuc. Moſc. gt.iv. m.

Hæ duæ Miſturæ ideò ſunt excogitatæ, ut compendiosè agatur; & exinde ſubitò, & extempore Iulapium Cordiale diſpenſetur. Si enim in officinis præſto ſemper aſſerventur; vix horæ minutum exiget tota compoſitio in hunc modum præſcribenda. ℞ Miſt. Card. Aq. ℥xſs. Miſt. Card. Edulc. ℥iſs. m.

*Miſt. Cardiacæ Oleoſæ* ℥x.

℞ Vitel. Ov. N.j. Ol. Cinnam. Nuc. Moſch. ā gut. iv. Sacch. alb. ℥ſs. Succi Therm. ʒij. Vini Canar. ℥viij. m. col. Ingerantur cochl. iij. in languoribus.

*Miſt. Carminativæ* lib.j.

℞ Vin. Canar. & Albi ā ℥vj. Spir. Vini opt. non rectif. ℥ij. Vitel. Ov. N.j. Sacch. albi ℥j. Ol. Iunip. gut.xxxij. Ol. Nuc. Moſc. Carui, Fœnic. Aniſi ā gut. viij. m.

Pro Doſi præbeantur cochl. v.

*Miſt. Carminativæ Anodynæ* lib.ij.

℞ Rad. Alth. ℥ij. coq. in Aq. font. lib.ij. ad lib.j. col. Deinde.

℞ Sem. Aniſi Fœnic. dulc. Carui, Coriandri ā ʒij. Bac. Iunip. ℥ſs. contuſis affunde Aq. Rutæ, Puleg. Gent. comp. ā ℥iv. Bryon. comp. Pæon. comp. ā ℥ij. macerentur in vaſe clauſo, & loco tepido 4 horas col. & utriuſque colaturis ſimul miſtis adde Syr. de Mecon. ℥iv. Laud. liqu. Sydenh. gut. xl. m.

Contra dolorem & vigilias ex Colicâ, aut Calculo.

Doſ. ℥iv. ad ℥vi.

*Miſtura Clyſteriſans.*

℞ Syr. è Spinâ Cerv. ℥ij. Elect. Lenit. ℥j. Spec. Hieræ ʒj. m.

Vide Enema Purgans.

1 *Miſt. Colica.*

℞ Tinct. Rhab. ℥iſs. Pul. Rhab. ʒſs. Syr. Roſ. Sol. ℥ſs. Pul. Piperis longi gr.iij. Ol. Aniſi gut. ij. m.

In enormi Vomitione, & horrendis Torminibus adjici debent Laud. liq. gut. xx. vel xxx. & Sal. Abſint. ℈ſs.

2 *Miſt. Colica.*

℞ Aq. Ment. ℥ſs. Cinnam. fort. ℥iſs. Elix. Propiet. tartariſati ʒj. Ol. Iunip. gut. ij. Rhab. pul. ℈j. (vel ʒſs.) Sal. Abſinth. ℈ſs. Spir. Sal. Armon. gut. xv. m. f. hauſtus.

*Miſt. ad Concretiones.*

℞ Aq. Hyſſopi, Fœnic, ā ℥ij. Aceti ſtill. ʒvj. Spir. Vini rectif. ℥ſs. Ocul. Cancr. ʒj. Sperm. Ceti, Mu-

miæ

miæ ā ℈j. Laud. Londin. gr.iv. Syr. è 5 Radicib. ℥iſs m.

Si Acetum in vaſe fegulino invitreato coquatur ad quartæ partis evaporationem, erit inſtar Aceti deſtilati: iiſdemque uſibus inſerviet.

Hujus ope non tantùm impedietur Sanguinis effuſi concretio; ſed partes ipſius Craſſiones incidentur, attenuabunturque paulatim: Tenuiores autem unà cum Sudore, aut inſenſili Tranſpiratione, diſcutientur continuò; quin temperatis ejuſdem partibus acrioribus, Dolor lenietur; tandemque in totum tolletur; ipſaque adeo ſolvetur, ac diſſolvetur Obſtructio: quali ſolâ in tempore, atque diligenter uſurpatâ, curatæ ſunt non ſemel incipientes Pleuritides, & Peripneumoniæ; aliarumque partium Inflammationes ſatis graves, atque anxietatibus, doloribuſque acutis moleſtæ. Sylv.

Aſſumat ſæpiùs æger cochl. j.

*Miſturæ Conſolantis* lib.j.

℞ Vini Xeroenſis lib. ſs. Aq. Cinnam. fort. ℥iv. Aq. Roſ. Sacch. candi albi ā ℥ij. Succi Chermes col. ℥j. Spec. Lætif. Galeni ʒij. Fol. Auri N.iv. Ol. Nuc. Moſc. gut.iv. m.

Hoc Pharmacum expiſcatus ſum à Generoſo quodam perhonorando, in cujus familiâ pro ſacro depoſito, & ſummo ſecreto fuiſſet conſervatum; atque à Matre ad Filiam conſtanti ſucceſſione, per aliquot Generationes religiosè traditum. Concoctionem juvat; Cruditates corrigit; Flatus diſſipat; Calorem naturalem fovet; Gravidas languentes ſpecificè recreat; Fœtum debilem conſolatur; Abortum à Spirituum dejectione oriturum præcavet; vireſque vigoremque quo Partûs opus feliciter peragatur, optatò

ſuppeditat. Solùm languentibus inſcribitur; & nullo modo ſuaderem Conſtitutione firmâ, & calidâ utentibus, Plethoricis, & Menſium fluxioni obnoxiis uſurpandum. Propinentur ℥ij. manè, & veſperi quoties virium lapſis expoſcerit; atque ultimo præſertim ingravidationis menſe, uſque ad Partum.

*Miſturæ Corallatæ* ℥vj.

℞ Coral. rub. ſubtiliſſimè lævigati ʒij. Sal. Abſint. ℈iv. Succi Limon. ℥iv. Aq. Cinnam. fort. ℥ij. m. ſtent in vitro capaci.

Ventriculi ſubverſionem, nixumque Vomitorium, quaſi *Theos apò mechanes*, mire reprimit. In Febribus continuis, angores Stomachali, & Vomitione ſymptomaticâ affligentibus, ſæpiùs obſervavi plus levaminis ab hoc unico remedio, quàm ab omnibus aliis, quæ anxiè ſtudendo, & variè tentando invenire potui. Dentur cochl.ij. ſingulis horis, vaſe priùs probè agitato.

*Miſtura Diaſulphuris.*

℞ Syr. è Succo Cynolg. ℥iv. Balſ. Sulph. Aniſati gut. 80 m. Doſ. cochl.j. veſp. & mane.

Contra Tuſſim veſpertinam, à ſero tenui acri ortam.

*Miſt. Diureticæ* ℥xij.

℞ Vini albi ℥xij. Ol. Iunip. gut. xxiv. Ol. Aniſi gut. xij. Sacch. ℥iſs. m.

Pro 4 doſibus cum Sp. Sal. Armon. gut.xx. ad Arenulas.

Diuretica non niſi præmiſſis Vniverſalibus, primas vias abſtergentibus, & laxantibus; item cruditates maſſæ ſanguineæ corrigentibus, aut non nihil evacuantibus,

tibus, ſunt uſurpanda. Ex uſu Terebinthinæ poſt cibos crudos & viſcidos aſſumptæ, Vrinam ſuppreſſam obſervavit Hildanus. Cent. 5. Obſ. 59.

*Miſturæ Ecphracticæ* lib. vj.

℞ Summit. Pini conciſ. Mvj. coq. in Aq. lib.iv. ad lib.ij. col. fortitèr expreſſæ adde Succi depurati Cochl. hort. lib.j. Becab. Naſturt. aq. Tarax. ã lib.ſs. Aq. Raph. comp. lib.iſs. huic miſturæ diſſolve Vitrioli Martis ℈viij. per noctem reponatur, ut ſubſideat fæx lutea; dein liquori claro effuſo adde Sal. Abſinth. ℈iv. Sacch. albi ℥xij. m.

Sanguinem depauperatum exaltat; fæculentum depurat; in partes ſecedentem remiſcet; & cunctantem accelerat: dein ſaburram ſcorbuticam, aut Atrabilariam in Meſenterio, Liene, Hepate, Vtero, vel Habitu corporis depoſitam, & obſtructiones figentem, diſſolvit; poros, & ſuccorum itinera aperit, detergit, & tranabiles reddit: Denique circuitionem per minimos machinæ humanæ meatulos liberiorem vindicat; omniumque functionum vitalium munia redintegrat, & commodè ut obeantur efficit. Doſ. ℥iv. manè, & quartâ pomeridianâ.

*Miſturæ Epilepticæ* ℥vj.

℞ Aq. flor. Tiliæ, Fœnic. ã ℥ij. Syr. Stæchad. Syr. de Mecon. ã ℥j. Spir. Sal. Armon. ℈j. m. pro duabus doſibus.

Vide hauſtum Cephalj & Iulap. Cephal. Ad me tranſmittebatur hæc formula à Lugduno Batavorum; & dicebatur eſſe Secretum Fred. Deckers, quod plurimùm ille æſtimat, & frequentiſſimè præſcribit: Atque re verâ, quæ Flatus diſſipant; Spiritus depurant; & Exploſiones reprimunt (quæ hujus remedii mani-

feſtiſſimæ ſunt intentiones ) ad Paroxyſmum Spaſmicum diſſolvendum ritè deſtinata eſſe videntur.

### *Miſtura ad Eryſipelas.*

℞ Spir. Vini lib.ſs. Theriacæ Ven. ℥ij. Piperis longi, Garyoph. ā ʒij. m.

Dr. Sydenham (cujus hoc eſt præſcriptum) Phlebotomiâ, & Catharſi primùm celebratis, Fotu utitur Emollienti, Diſcutienti, & Diaphoretico; dein chartâ emporeticâ hâc miſturâ madefactâ partem affectam circumvolvit; nempè ad materiam impactam evocandam, diſcutiendamque Emplaſtica enim, Refrigerantia, & Repellentia (præſertim ſi Faciem, aut Caput Eryſipelas occupaverit) longè ſunt periculoſiſſima.

Sed Spiritus Vini convenit (inquit Heide) quià ſubtilitate, & particularum motu, diſtortos cutis tubulos, & fibras, in naturalem ordinem reducit; atque ità poros aperit; & materiam per Diaphoreſin educit.

Atque hic obſervatiunculam quandam non nullius quidem momenti, adjiciam; quòd hujus applicatio Nigrorem parti inducere ſolet, qui inexpertis, & cauſam neſcientibus Gangrænæ terrorem incutere poteſt: at verò luridus iſte color nil mali ominatur; ſiquidem non Morbo ſpiritus perimenti, ſed Remedio cutim pingenti, omninò debetur.

### 1 *Miſturæ Expectorantis* ℥xij.

℞ Tinct. Benzo ℥ſs. Tinct. Croci (Sp. Vini paratæ) Tinct. Myrrhæ, Tinct. Gum. Ammon. Spir. Sal. Armon. ā ʒj. Aq. Hyſſopi ℥vj. Aq. Lumbricor. Magiſtr. ℥iij. Syr. de Praſſio ℥ij. m.

E volatilibus, acribus, penetrantibus, Gummoſis, & Balſamicis conflatur. Tituluſque Vires ejus ſatis indi-

indicat. Sumantur cochl. ij. quoties Pituita tenax Guttur, Thoracemve aggravat; & Anhelitum, Tuſſimve laborioſam infert.

*Miſt. Expect.* ℥x.

℞ Aq. Hyſſopi ℥viij. Tinct. Benzo. ℥ſs. Tinct. G. Ammon. Sp. Sal. Armon. ā gut. 40. Ol. Aniſi gut. viij. Sacch. ℥j. m.

*Miſt. de Glycyrrhizâ.*

℞ Succ. Glycyrrh. Hiſpan. ʒij. diſſolve ſuper ignem in Aq. Hyſſopi ℥iv. col. admiſce Syr. de Mecon. ℥iv.

Subinde inter diſſolvendum addo Croci gr. xvj. & colaturæ Ol. Aniſi gut. ij. Tinc. Benzo. ʒij. atque loco Diacodii, Oxymel ſimplex.

Adverſus Tuſſim Catarrhalem dentur cochl. iv. veſp. vel. cochl. j. per vices urgente tuſſi.

*Miſt. ad Gulam.*

℞ Sem. Pſyllii, Cydon. ā ʒij. coq. in Aq. lib. ſs. col. ℥iv. adde Alb. Ovi conquaſſ. N. j. Aq. Roſ. Dam. ℥ij. Syr. è Rubo Idæo ℥iſs. m.

Ad Gulæ Ardorem, Siccitatem, & Aſperitatem, ſumatur cochl. j. poſt ſingulas Oris collutiones.

*Miſtura Hyſterica Aquoſa* lib. iij.

℞ Aq. Artemiſ. Ceraſ. nig. ā ℥xij. Aq. Rutæ, Puleg. Bryon. comp. ā ℥viij. m.

In Officinis aſſervari vellem, ut exindè Iulapia Hyſterica raptim, & ſine temporis diſpendio, hanc juxta formulam, parentur, ſcilicet.

℞ Miſt. Hyſt. Aq. ℥xij. Margarit. præp. ʒj. Sacch. candi albi ʒiij. m.

Vel,

Vel, ℞ Miſt. Hiſt. aq. ℥xſs. Tinct. Caſtor. ℈iv. Syr. Garyoph. (vel Meliſſoph. de Artemiſ. Stæchad. Pæon. comp.) ℥iſs. m.

*Miſturæ Hyſtericæ Spirituoſæ* ℥ſs.

℞ Tinct. Aſæ fœt. (ſpir. Vini extractæ) Tinct. Galb. Tinct. Caſtor. & Spir. Sal. Armon. (vel cc.) ā ʒj. Ol. Succini gt. xxxij m.

Hujus Miſturæ elementa quoniàm Heterogenea ſunt, non adeò ſtrictim aduniri poſſunt, quin facilè à ſe invicèm ſecedant, & poſt brevem quietem ſeparatim conſpiciantur: ſi verò paulùm vas agitetur, confeſtim denuò ſimul confundentur, & in liquorem lactis ſpecie albidum coaleſcent.

Hyſtericis Summo eſt ſolamini; ſpeciatim verò Parturientibus, quotiès (ſpiritibus Hyſtericè conturbatis, & non vividè ſatis ad Muſculos Abdominis, Parteſque partum promoventes, Influentibus) dolores neceſſarii deficiunt; & Vterus ad Expellendi conanima non fortitèr aſſurgit; in hoc inquam caſu, hujus uſus divinitùs quaſi opem ferre, & ſupra omnia penè auxilium miniſtrare ſolet. Præbeantur gut. xx. vel xxx. in Vehiculo idoneo; & repetantur per debitas vices.

*Miſtura Iuniperina.*

℞ Ol. Iunip. ʒj. Vitel. Ovi N. j. Syr. albi ℥ij. m. & col.

Eodem artificio efficaciſſimæ poſſunt inſtitui Miſturæ ex quibuslibet oleis chymicis, pro variâ præſcribentis intentione.

Ventriculum & Inteſtina refrigerata, flatuoſa, tono fracta, & dolentia, ſummè relevat: Renes, & Vreteres debilitatos, à muniis feriantes, & infarctos egre-

egregiè reficit, ſtimulat, & purgat. Doſ. cochl. j. bis terve in die, vacuo ventriculo.

### *Miſturæ Moſchatæ* ℥vj.

℞ Succi Ment. depur. ℥iv. Aq. Abſint. comp. Cinnam. fort. ā ℥j. Caſtor. pulv. ʒj. Moſch. gr. iv. Sacch. candi albi ʒiij. m.

Contra Stomachi dolorem, Vomitum, & Singultum inſtituitur. Vide Iulap. Moſch. Miniſtrentur cochl. iij. per vices debitas.

### *Miſt. ex Oculis Cancrorum* ℥xij.

℞ Aceti acidiſſimi ℥iv. Ocul. Cancr. in tenue Alcohol. redact. ℥ſs. miſce in mortario vitreo, & cum deferbuerint adde Aq. Lact. Alexit. ℥iv. Aq. Theriacal. ſtill. ℥ij. col. edulc. cum Syr. Balſam. ℥ij. m.

In Febre Intermittenti, vagá, anomalâ, vel vulnerariâ: itidem in Conturbationibus, & Doloribus Hypochondriacis; doſis ſit ℥iij.

### *Miſt. ad Oris Vlcera.*

℞ Pul. Balauſt. Alum. crudi, & uſti ā ʒſs. coq. in Aq. Plantag. q. ſ. col. ℥v. adde Mel. Roſ. ℥j. Vng. Ægyptiaci ʒſs. m.

In Oris Vlceribus uſurpatum à multis Vitriolum uſtum, & Ærugo, & Vnguentum Ægyptiacum: monet tamen Fabr. Cancroſis illud Vlceribus eſſe adverſiſſimum. Sennert tom.2. p.647.

Vnguentum Ægyptiacum in Cancro exulcerato nunquam uſurpandum eſt; mirum enim in modum nocet, Muys Podalyr. 71.

*Miſturæ*

*Miſturæ Oleoſæ* ℥xii.

℞ Ol. Amygd. dulc. (vel potiùs Ol. Nuc. Iugland.) ℥ij. Syr. Alth. ℥iv. Aq. Parietar. ℥vj. Sal. Prunel. ʒj. m.

Lubricat, Relaxat, Acrimoniam obtundit, & moderatè Diureſin promovet, Vniverſalitèr obſervandum eſt quòd in Paroxyſmo Nephritico, quò gravior eſt Dolor, eo minùs, & mitiora, ſunt adhibenda Diuretica; cujus ratio petenda eſt à ſupradictis ſubtitulo Hauſtus ad Arenulas, & Iulap. Diuret. Aromat. Doſ. ℥iij. vel ℥iv.

*Miſtura Pacifica.*

℞ Laud. liqu. tartariſ. ʒij. Ol. Nuc. Moſch. Cinnam. ā gut. iv. m.

Vires habet cum Laudano communes: ſed ſpecialiùs reſpicit Vomitionem, & Diarrhæam. Inſupèr hoc modo larva Laudano obducitur, nè facilè Patienti, aut Aſtantibus ſuboleat: quod quidem artificium ex uſu ſit perquàm neceſſario, quoties nimis ij, vel curioſi, vel abhorrentes fuerint.

*Miſt. Papaverina.*

℞ Aq. Lact. Alexit. ℥ij. Aq. Cinnam. ℥j. Syr. de Mecon. ℥iij. fol. Auri N. iij. m. Doſ. cochl. iv. ex vehiculo appropriato.

*Miſturæ Paralytica* ℥ſs. *vel* ʒvj.

℞ Spir. Cochl. ʒij. Sp. Lavend. comp. & Caſtor. ā ʒſs. Elix. Prop. Tartariſ. ʒj. Ol. Nuc. Moſch. gr. iv. Cinnam. Garyoph. ā gt. ij. m. addi poſſint. Sp. Sal. Armon. vel cc. ʒij.

Ventriculi fermentum iners acuit; ejuſq; collapſum tonum reſtituit: Sanguinem pituitoſâ colluvie inqui-

inquinatum attenuat; materiamque defæcatam, & ſubtilem Cerebro ſuppeditandam præparat: Spirituum elaſticitatem vindicat; Nervos obſtructos deoppilat; Fibraſque motorias detergit. Commodiſſimè exhibetur ad Ventriculi debilitatem, ſive reſolutionem, propter Nervos alicubi obſtructos, excitatam; ad Paralyſin præſertim Scorbuticam: atque ſummatim ad quoſcunque Functionum animalium deficientium affectus.

Paralyticis autem Bilioſis (nempè quorum Sanguini acri, & calido multum Salis & Sulphuris, Serique perexiguum ineſt) hujuſmodi Phormacha calidiora, & particulis valdè activis prædita minùs congruunt; imo ſæpius officiunt: quæ tamen Pituitoſis quorum Sanguis frigidior plurimum Seri, paucioraque elementa activata continet) maximè proſunt.

Concedantur gut. xxx. in vehiculo approriato tèr in die.

*Miſturæ Pectoralis* lib. ij.

℞ Decoct. Pect. ℥xxx. Tinct. Croci (Aq. Theriacal. paratæ) ʒvj. Tinct. Benzo. ʒij. Syr. Hed. terr. ℥iſs. Ol. Aniſi gut. j. m.

Decoctum Pectorale (ob mucilaginoſam, incraſſantem, & mitigantem, ſubſtantiam) ſuccos molles generat; Sanguinis acrimoniam retundit; ejuſque colliquationem inhibet: Dein Crocus, Benzoe, Aniſum, & Hed. terr. (propter aromaticas, balſamicas, & volatiles, particulas) Pulmones ipſos roborant, delicatulè ſuppungunt, & in nixus excretorios inſtigant: Atque ità hæc miſtura & materiam Tuſſis præſcindit; & ſaburram impactam exterminat. Propinentur calidè ℥vj. ter in die.

*Miſturæ.*

*Miſtura Peruviana* ℥xxiv.

℞ Pul. ſubtil. Cort. Peruv. ℥j. Aq. Lact. Alexit. ℥xij. Aq. Ment. Cinnam. fort. Epidem. Syr. Garyoph. ā ℥iij. Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. m.

Hic elegans & jucundus modus exhibendi Corticem in ſubſtantiâ, vix ulli unquam faſtidium, & non niſi rarò Diarrhæam excitat. Aſſumantur ℥iij. tertiis quartiſve horis durante lucido intervallo. Vide Elect. Peruv.

*Miſtura Plateri.*

℞ Spir. Vini (vel Aq. Regin. Hung. vel Tinc. Caſtor.) ʒij. Succi Cep. ʒj. Ol. Spicæ gut. ij. m.

Ad Aurium Tinnitum, & Dolorem.

*Miſtura Pleuritica.*

℞ Aq. Hyſſopi ℥ij. Fænic. ℥j. Epidem. Theriacal. Still. ā ʒſs. Ocul. Cancr. pulv. Bezoard. Mineral. ā ℈j. Sp. Sal. Armon. gut. xv. Laud. Opiat gr. ij. Syr. è Succ. Flor. Papav. errat. ℥j. m.

Poſt Veneſæctiones debitas, Pleuritidi convenit; Dolorem punctorium, & Tuſſiculam tollit. æger ſumat cochl. unum, alterumve ſingulis horis.

*Miſtura Puerperarum.*

℞ Sperm. Ceti ʒj. Balſ. Peruv. gut. x. Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. Ol. Aniſi gut. j. Vitel. Ovi j. Subactis in Mortario adde Sacch. alb. ʒiij. Aq. Ceraſ. nig. ℥iſs. Ment. Puleg. Theriacal. ā ℥j. Aq. Cinnam. ℥ſs. Spir. Sal. Armon. Laud. liq. ā gut. xxx. m. pro duabus Doſibus.

*Miſtura*

*Miſtura Salina.*

℞ Aq. Puleg. ℥vj. Sal. Tart. ʒij. m.
Capiatur cochleatim in Iuſculo contra Vomitionem.

*Miſturæ Saponaceæ* ℥vj.

℞ Sapon. Ven. raſ. ʒj diſſol. in Aq. Puleg. ℥ij. adde Syr. Capill. Ven. ℥iij. Syr. de Praſſio ℥j. Ol. Aniſi gut. iij. col.

Efficaciſſimè lubricat, attenuat, dimovet, ſtimulat, ac è Pulmonum profundo expectorat. Dentur ad Phlegma tenax, Orthopnæam, Tuſſimque laborioſam concitans, cochl. ij. ſæpiùs in die.

*Miſt. Saturnina.*

℞ Spir. Terebint. ʒij. Sacch. Saturni ʒſs. Camph. ℈j. m.

In Gonorrhæá (exturgeſcente Geniturâ) Nocturnâ Pollutione, Furore Vterino, dentur gut. à xv. ad xxx.

*Miſturæ Scorbuticæ* ʒx.

℞ Aq. Raph. comp. ℥ſs. Sp. Cochl. ʒiij. Elix. Prop. Tartariſ. ʒij. Spir. Sal. Armon. ʒj. Ol. Iunip. gut. 40. m.

Scorbuticis, quoties Ventriculi laxitatem, Inappetentiam, *Bradipepſian*, Corporis languorem, & laſſitudinem; Membrorumque ſtuporem, aut reſolutionem patiuntur, Aromatica hæc, & Volatilis miſtura multo cum fœnore miniſtratur. Capiantur gut. xxx. in vehiculo parco ſolidiori, horâ j. ante Prandium, & Cœnam; ſi Ventriculo proſpiciendum fuerit: In copioſiori autem, liquido, & longè à paſtu bis in die; ſi res Corporis publicæ magis curandæ venerint.

*Miſturæ de Spermate Ceti* ℥vj.

℞ Vini Canar. Ol. Lini ā ℥iij. Ol. Terebint. gut. x. Sperm. Ceti, Ocul. Cancr. á ʒſs. Sacch. albi ʒiij. m. calidè pro unico hauſtu.

Prodeſt (poſt Phlebotomiam) præcipitatis ab alto, ruptis, contuſis, fractis, & quibus Sanguis in Corpore coagulatus, & extravaſatus ſubſiſtit.

*Miſtura Stomachica.*

Tayre

℞ Aq. Cinnam. fort. ℥j. Ol. Vitrioli ʒj. Ol. Garyoph. gut. xxiv. m.

Appetitum excitat; Stomachum roborat; Nauſeam tollit; Vomitum ſedat; denique iiſdem pollet viribus ac operoſum illud Elixir Vitrioli Mynſichti. Dentur gut. xl. plus minus ex hauſtu vini Canarini vacuo ventriculo.

*Miſt. Succinata.*

℞ Vin. alb. Vlyſſopon. lib. j. Vin. Canar. Aq. Raph. comp. ā lib. ſs. Sal. Succini, Sal. cc. Prunel. tart. ā à ʒſs. ad ʒj. Ol. terebint. gut. 40. Sacc. alb. ℥j. Syr. è 5 Rad. ℥ij. Spir. Cochl. gut. 160. m.

Ad Diureſin promovendam propin. ℥iv. mane & veſp. atque veſpertinis doſibus inſtill. Laud. liqu. gut. xx.

*Miſt. Tartarea.*

℞ Aq. Cinnam. fort. ℥vj. Ol. Tart. per deliqu. ʒiij. Spir. Sal. Armon. gut. 90. m.

Cochleatim aſſumatur ex hauſtulo Vini Canarini, in Colica poſt Purgationem; addendo Laud. liqu. q. ſ. pro re natâ.

*Miſt.*

*Miſt. Terebinthinacea.*

℞ Terebint. Ven. ℥j. Vitel. Ov. N. ij. Ol. Aniſi gut. iij. Solutis ſenſim admiſce Syr. Alth. Vini Malacenſ. ā ℥vj. m.

Ad Vrinam ciendam, Arenulas, & Vlcus Renum aut Veſicæ, dentur cochl. iij. vel cum vel ſine Laudano.

*Miſt. Thebaica.*

℞ Laud. Lond. (vel Opii Thebaici) gr. xij. diſſolve in Aq. Ceraſ. nig. ℥xij. & Sp. Vini rect. ℥ſs. adde Sacch. ℥ſs. col. inſtill. Spir. Sal. Armon. gut. 36. m.

Pro vj. vel ix. Doſibus vaſe diligenter agitato.

*Miſt. ad Tormina.*

℞ Aq. Menth. Cinnam Steph. ā ℥j. Syr. de Mecon. ℥ij. Vitel. Ov. j. Ol. Iunip. Spir. Sal. Armon. ā gut. xx. Sal. Abſint gr. xvj. m. pro duabus doſibus.

Ad Colicam Flatuoſam, & Ventris tormina.

*Miſtura Tubularis.*

℞ Cort. Piſtach. ʒvj. Nicot. ʒij. Fol. Tuſſilag. ℥j. Ol. Aniſi gt. viij. m.

Fumus ejus, inſtar Nicotianæ ſuffletur, ad Catarrhum ſiſtendum, & Phthiſin præcavendam.

*Miſt. Volatilis ℥vj.*

℞ Syr. Balſ. Tolut. ℥v. Spir. Lavend. Comp. Spir. Sal. Armon. ā ℥ſs. Ol. Nuc. Moſch. gut. xij. Ol. Caryoph gut. vj. m.

Cephalica eſt, Stomachica, Cardiaca, detur cochl. j. ex vehiculo appropriato.

*Nodulus*

### *Nodulus Hyſtericus.*

℞ Aſæ fet. ʒſs. Caſtor. Camph. ā ℈j. Ol. Succini ℈ſs. m. f. Nodulus.

Naribus admotus Hyſtericis ſuccurrit; Namque Spiritus efferatos reprimit; ab excurſibus & exorbitantiis retrò cogit; in ordines compellit; & ne motus Convulſivos concipiant, impedit.

### *Oleum Acoviſticum.*

℞ Ol. Amygd. amar. ʒj. Ol. Nuc. Moſc. Cymini, Majoranæ, Petrolei ā gut.iv. Zibethi gr.ij. m.

Iiſdem gaudet virtutibus ac Miſt. Acoviſtica.

### *Oleum Cephalicum.*

℞ Balſ. Peruv. ʒj. Ol. Roriſmar. Salv. Majoranæ, Nuc. Moſch. ā gut.iv. Camph. ʒſs. m.

Externè uſurpatum calefacit, diſſipat, & roborat: Vſui eſt ad Capitis (præſertim Pericranii) affectus frigidos, & Catarrhoſos.

### *Oleum Paralyticum.*

℞ Ol. Succini Saſſaph. ā ʒj. Ol. Roriſmar. Piperis ā ℈j. m.

Cum validâ frictione uſurpetur ad partem primariò affectam; nequaquàm verò ad ſecundariò patientem.

Partis autem affectæ dignotis ex Anatome deſumitur, in quâ Nervorum Origines, & inſertiones docentur.

Si enim pars Faciei dextra vel ſiniſtra reſolvatur, reliquis partibus illæſis; Cerebrum tantum afficitur, ſecundum eam partem à quâ Nervi ad partes eas deferuntur.

Si veró partes Capiti ſubjectæ, unà cum Facie, lædantur; Spina Dorſi, & Cerebrum afficiuntur.

Et ſi partes ſubjectæ lædantur, Facie, illeſâ; in ſolâ Spinâ vitium conſiſtit.

Et quidem in principio illius, ſi omnes ſimul lædantur: Si verò dimidia pars Corporis paralytica ſit, dimidia tantum ſpinæ portio obſidetur. Cruribus reſolutis, affectio eſt circa finem ſpinalis medullæ, juxta vertebras oſſis ſacri. Sic in cæteris, inquirendus eſt locus, quo nervi exoriuntur, qui ad partem paralyticam deferuntur. Hæc à Riverio.

Vide Linim. Paralyt.

### *Oleum Rhabarbari.*

℞ Ol. Amygd. dulc. Rhabarb. pulv. ā q. v. fiat ſtratum ſuper ſtratum in ollâ; digerantur per noctem tepidè; dein prelo fortitèr exprimatur Oleum calore aureum.

Hidelburgi frequentèr (proùt audivi) uſurpatur ad Colicam, Dyſenteriam, & Vermes. Infanti dant ℥ſs. Nunquàm ipſe quidem in uſum adhuc duxi; ſed quià ſingulare videtur, ommittere nolui.

### *Oxymel Aſthmatici* lib.ij.

℞ Rad. Zedoar. ℥j. coq. in Aq. font. lib.ij. ad lib.iſs. col. adde Gum. Ammon. (in Aceti ℥iv. diſſoluti) ℥j. col. adde Mellis ℥iv. coque, deſpuma, & cola.

Hoc Domini & Doctoris I. F. (nuperi authoris) experimentum contra Orthopnæam & Aſthma Pulmonum infarctus expedit; eorumque tonum ſtabilit. Dentur Cochl. iij. manè & veſperi per menſes aliquot.

*Oxymel Chalybeatum.*

℞ Aq. lib.ſs. mellis lib.j. coq. igne lento ad deſpumationem: deinde adde Aceti Chalybeati (ſuprà deſcripti) lib.ſs. percoque dum Syrupi conſiſtentiam acquirat.

*Oxymel de Peto.*

℞ Fol. Peti (pulv. & nodulo incluſi.) ℥iſs. Agar. (in nodulo) Glycyr. ā ℥j. Senneæ, Paſſul. Sol. ā ℥ij. Aceti lib.iv. coq. ad lib.iiſs. ſub finem addendo Thymi Hyſſopi ā Mij. Sem. Aniſi ℥ſs. Garyoph. ʒiij. col. clarificatæ adde Mellis lib.iſs. & percoquatur ad conſiſtentiam debitam.

Vſu poſtulante (inquit Quercetanus, qui Oxymel de Peto quoddam concinnavit operoſius, cujus hoc videtur Epitome) præbe cochlearia aliquot, vel per ſe, vel cum aliquá Aquá Pectorali.

Sane medicamentum hoc optimè, & validè purgat è toto corpore, è Thorace, è Ventriculo pravorum humorum ſaburram; & eluviem exhaurit, detergit, & extirpat. Aſthmaticis accommodatiſſimum, & maximè peculiare eſt.

In ejus uſu Cautione, & Dioriſmo opus eſt; augenda enim vel minuenda doſis pro ægrorum ætate, & viribus. Aliquando (ratione Peti) Vomitum ciet. ſed alia Purgantia, quæ admiſcentur cum Aceto (quod primas dotes in corrigendo, & demulcendo obtinet) vehementiam ejus remittant; & eorum ope, præſtantiſſimum, & efficaciſſimum remedium conſtituunt, ad pituitoſos Thoracis & ventriculi affectus. Hæc ille.

*Oxymel Purgans Pectorale*

℞ Paſſul. ſol. exacin. Rad. Ireos Florent. ā ℥j. Rad. Enulæ,

Enulæ, Calami arom. ã ℥ſs. Sennæ ℥ij. Agar. ℥ſs. Herb. Marrub. albi, Saturciæ, Hyſſopi, Hed. terr. ã Mj. Zinzib. ʒiij. Nicotianæ ſicc. ʒj. Aq. font. lib.iiſs. Aceti lib ſs. coq. ad lib.ij. ſub finem adjiciendo Sem. Aniſi ʒij. col. adde Mellis lib.j. coq. iterúm ad conſiſtentiam, diligentèr deſpumando.

Pituitam craſſam tenacem in Viſceribus, Pulmonibus. vel Habitu Corporis deliteſcentem; varias Obſtructiones, Diatheſinque Oedematoſam, Catarrhoſam, Phthiſicam, Paralyticamve inducentem, potentèr attenuat, exturbat, & eliminat. Doſ. ℥iij. mane ſingulis, vel alternis diebus, pro re natâ.

*Paſſulæ Anthelminthicæ.*

℞ Vvar. Paſſul. Corinth. ( a fæcibus perpurgat. ) lib.ſs. Rhabarb. ( radulá raſi & línteo raro laxè ligati ) ℥ſs. Corallinæ ( pulv. & nod. incluſæ ) ℥j. Aq. Portulacæ ℥iv. ponantur in Ollâ fictili vitreato; paſtá contegántur; in furno ( poſt panes extractos ) coquantur, dum Paſſulæ turgeſcant, & emolliantur. Cap. Puer cochl. j mane per aliquot dies.

*Paſſulæ Laxativæ.*

℞ Sennæ ( à ſtipitibus repurgatæ, & fractæ ) ℥iv. Bac. Iunip. ( contuſ. & telá rará ligat. ) ℥ij. Vini albi Aq. font. ã lib.j. fiat Infuſio calida, clauſaque ſex horas; col. ſubſidendo depuratæ adde Paſſul. Corinth. ( mundat. ) lib.j. coq. ſuper lenem focum dum turgeſcant, & emolliantur: deinde cum liquore ( per incerniculum, ſine expreſſione tranſmiſſo ) & Sacchari pari pondere paretur Syrupus tenuis, ſub finem coctionis addendo Rad. Zinzib. Sem. Coriand. ã ʒij. denique Syrupus ille col. affundatur ſupra Paſſulas dictas, & Vſui ſimul recondantur.

Mannæ ℥iv. adhiberi poſſunt: ſed tunc ſacchari quantitas minor expetetur.

Doſ. cochl. circiter ij. ſyrupi & Paſſularum unà ſumptarum.

*Paſſulæ Purgantes.*

℞ Caſſiæ cum ſiliquis contuſ. Sennæ ã ℥ſs. Rad. Calami aromat. Bac. Iunip. ã ʒij. Sem. Coriand. Fœnic. dulc. ã ʒiij. coq. in Aq. q. ſ. ad tertias Col. adde Paſſul. Corinth. ℥jv Sacch. albi ℥j. Tart. Vitriol. ℈j.

Paſſulæ in col. ad turgeſcentiam lentè coquantur: Exceptæ deindè in patinâ terrea reponantur. Reſtitans verò liquor cum Saccharo ad Syrupi conſiſtentiam coctus ſuper Paſſulas fundatur; quâ factâ affuſione, Tartarum Vitriolatum admiſceatur, additis etiàm Ol. Aniſi gut. vj.

*Paſta ad Aphthas.*

℞ Butyri dulc. ſine ſale (loti in Aq. Roſ.) ℥iſs. Pul. Glycyrrh. ʒiſs. Sacch. cand. albi ſubtil. pulv. q. ſ. f. Paſta mollis. Hujus particula Ori indatur, quotiès adeſt Pituita lenta; Oris ſiccitas; aut Reſpirandi difficultas.

*Paſta Gallica.*

℞ Boli ℥j. Alum. uſti, Panis cremati, Pul. ſubtil. Laterum, Terræ figulinæ Chinenſis ã ʒij. Mellis deſpumati q. ſ. ad conficiendam paſtam.

Ad Dentes à ſordibus fœdis, à lapide dentali, quibuſcunque & inquinationibus, & fœtoribus, repurgandos, poliendos, & dealbandos, uſurpetur quotidiè manè; & frictio laciniâ laneâ adhibeatur. Dentes vero ipſi, potiùs quàm Gingivæ affrici debent; crebrior enim, & durior attritus Gingivarum, eas atterere, & abſumere ſolet

### *Paſtilli Odoriferi.*

℞ Rad. Cyperi ℥iſs. Calami arom. Carbon. è Salice ā ℥j. Styr. Calam. Benzo. ā ʒij. Mucilag. G. Tragac. ( ſp. Vini extract. ) q. ſ. f. Paſtilli ſ. a.

Super prunas ardentes conjecti, ſuaviſſimum odorem exhalando, conclavium pædorem corrigunt.

### *Peſſaria.*

℞ Pul. Myrrh. ʒij. Rad. Helleb. nig. ( vel Flor. Sabinæ ) Ol. Aniſi ā ʒſs. ( quibus grana aliquot addi poſſint vel Moſch. vel Zibet. ſi Medico viſum fuerit ) Vitel. Ov. N.j. m. f. inſtar Vnguenti, quocúm illinantur Radices Gentianæ raſæ, digitum Incidem longæ, & Pollicem craſſæ.

Inter utendum, filo coxæ alligentur, ut extrahi poſſint; quod fieri debet poſt 4. aut 6 horas, ne exulcerationem inferant.

Fr. Sylvius aſſerit ſolum Raphanum, in Peſſi formam ſectum, in Vteri Cervicem intruſum, acrimoniá, & halitibus aſſurgentibus Menſes ciere.

### *Petum Phthiſicum.*

℞ Cort. Piſtach ʒiij. Herb. ſicc. Hyſſopi, Marrub. alb. Roſæ ſolis ā ʒij. Auripigmenti ſcintillantis, Tabaci Indici ā ℥ſs. f. omnium pulvis ſubtilliſſimus, qui Vitello Ovi exceptus, & ſupra Porphyritim lævigatus iſtar Pigmenti Pictoris, penicillo, vel Cultro, extendatur ſuper folia Tuſſilaginis ad partem villoſam.

Folia ſic delibuta, ſiccata, & forcipibus ſciſſa ſufflentur per tubam ( inſtar Nicotianæ ) manè & veſperi; ità ut fumus ex Ore ( eo repleto ) inſpirando attrahatur in pulmones; ſedulò extuſſiendo.

Empirici

Empirici ( inquit VVillis ) ordinariè præſcribunt Auripigmenti ( inſtar Nicotianæ ) in tubulo accenſi fumum ore hauriendum ; adeoque interdum bono cum ſucceſſu. Porro apud vulgus in praxi eſt panni cum Auripigmento picti ( quo ſcilicet cauponarum parietes obducuntur ) fruſtula minutim inciſa , inſtar Nicotianæ in tubulo accendere , & Fumum in Pulmones Tabidos , curationis ergo , haurire.

*Pila Emmenagoga.*

℞ Theriacæ Ven. ℥i. pul. Sabinæ ℈j. Ol. Aniſi gut. iv. Sal. Volat. Sal. Armon. gr. ij. cum hapſo Lanæ compingantur in Pilam , vel Naſcale.

*Pila Odontalgica.*

℞ Aſæ fœt. gr. viij. Camph. Sang. Drac. ā gr. j. Ol. Piperis gut. ij. m.

Dentis carioſi cavernis immiſſa , atque ibi detenta, dolores acutiſſimos ſedare , ac ſolvere ſæpè ſolet.

*Pilulæ Alexiteriæ.*

℞ Pul. Serp. Virgin. ℨiſs. Camp. Sal. Succini ā ℨſs. Diaſcord. q. ſ. in Maſſam cogantur ; & ex ſingulis ſcrupulis Pil iv. conficiantur.

*Pil. de Allio.*

℞ Succi Allii ℥ſs. Gum. Ammon. ℨiſs. Millep. præp. ℨi. Croci ℈j. Flor. Benzo. ℈ſs. Ol. Aniſi gut. iv. Rad. Enulæ pulv. q. ſ. ad Conſiſtentiam pilularem..

Potentiſſimè incidunt , attenuant , & expectorant.

*Pilulæ de Ambrâ.*

℞ Ambræ griſ. gr. ij. Moſchi , Sal. cc. Croci ā gr. j. Opii gr. iij. Balſ. Peruv. q. ſ. m. f. Pil. N. iij. pro 3 Doſibus.

Sin-

Singultui compeſcendo inſerviunt; hoc verò ſymptoma ſi ſuperveniat Febribus continuis, & Malignis, ab Opio cavendum. Vide Iulap. Moſch.

Etmullerus aſſerit, Senes ſubinde Doloribus Stomachi gravioribus corripi; ad quos, ut ad alias etiam Cardialgias, cum virium proſtatione, hujuſmodi pilulas egregias eſſe.

Sunt quædam Mulieres Hyſtericæ, & Hypochondriaci Mares, qui vix Odorem Moſchi ferre poſſunt; propter rarum enim ſpirituum Animalium texturam, nimis commoventur à talibus Odoribus; adeoque in inordinatos motus abrepti, facilè ſpaſmos Viscerum internorum patiuntur. Vide Pil. Solenandri.

*Pil. de Ammoniaco Stomachicæ.*

℞ Gum. Ammon. col. Aloes ā ℥j. Myrr. Sennæ Croci ā ℨſs. Oxym. Scill. q. ſ. m. Cogantur in juſtæ conſiſtentiæ maſſam.

Addi poſſunt Sal. Chalybis, Ol. Iunip. Aniſi, Carui, Abſint. Ment. Caryoph., &c.

*Pil. Antemeticæ.*

℞ Pul. ſubtil. Ment. ℨij. Abſint. ℈ij. Balauſt. ℈j. Ol. Cinnam. gut. ij. Diaſcord. ℨj. Syr. Cydon. q. ſ. m. reducatur in Maſſam.

*Pil. Antiphthiſicæ.*

℞ Sacch. Saturni ℨj. Sal. Chalyb. ℨſs. Sang. Drac. ℨiſs. Balſ. Capiv. q. ſ. m. f. Pil. N. 48. pro xij. doſibus.
Vid. Tinct. Antiphthiſ.

*Pil. de Apibus.*

℞ Pulv. Apum., Rhab. ā ℨij. Ol. Aniſi gut. vj. Terebinth. ven. q. ſ. m. f. Pil. uſualis magnitudinis.

Ad Vrinam ciendam detur ℈j. bis in die.

*Pilulæ*

*Pilulæ Arthriticæ.*

℞ Pul. Chamæpit. ℥vj. Ent. Vener: ʒij. Terebint. Ven. q. ſ. m. f. maſſa pro xvj. Doſibus.

Pepſeos, & Chylificationis munia juvant; fibrillas laxatas reſtituunt; Salia fermenteſcibilia ſubigunt, & per Vrinam eliminant. Deglutiatur doſis manè, & 4 pomerid. quotidie; ſuperbibaturque hauſtus Decocti Edulcorantis, vel è Lignis, vel Sacri, vel Trifolii fibrini.

*Pil. Aſthmaticæ.*

℞ Gum. Ammon. col. ʒj. Croci, Sal. tc. Sal. Succini Flor. Benzo. ā ʒſs. Ol. Roriſm. gut. vj. Syr. Balſ. q. ſ. m. f. Pil. N. 48.

Doſ. N. iij. ter in die.

*Pil. Aſtringentes.*

℞ Boli, Sang. Drac. Coral. rub. Succini, Maſtich. Croci Martis aſtring. ā ʒj. Ol. Cinnam. Nuc. Moſch. ā gut. vj. f. pulv. qui cum Tereb. Ven. q. ſ. cogatur in maſſam: Pil. N. iv. è ſingulis ſcrupulis formentur; & Sanguinis Drac. pulvere obvolvantur.

Exſiccant, abſorbent, edulcorant, conſtipant, aſtringunt, & roborant: Diarrhæam & Dyſenteriam cohibent; Sputum, Vomitum, & Mictum cruentum ſiſtunt; Menſium, & Lochiorum profluvium compeſcunt; Lumbaginem ā ſanguinis diſpendio. aut Fluore albo ortam, leniunt. Dentur N. iv. bis, vel ſæpiús in die, donec Indicationi ſatisfiat.

*Pil. Balſamicæ*

℞ Millep. præp. ʒiij. Gum. Ammon. col. ʒiſs. Flor. Benzo. ʒj. Pul. Croci, Balſ. Peruv. ā gr. xv. Balſ. Sulph.

Sulph. q. ſ. m. f. maſſa, & Pil. iv. è ſingulis Scrupulis.

Probatiſſimæ, & præſtantiſſimæ ſunt, ubi datur Tuſſis chronica, Scrophuloſa, & Phthiſica; Pulmonumque meatus, & glandulæ phlegmate viſcoſo inferciuntur; atque Tubercula cruda ſuboritura ſuſpicari licet. Sumantur iij. tèr in die ſuperbibendo hauſtum Decocti appropriati.

*Pil. Benedictæ.*

℞ Aloes ℥ſs. Sennæ ʒij. Aſæ. fœt. Galb. Myrrhæ ā ʒj. Sal. Martis ʒvj. Croci Macis ā ʒſs. Ol. Succini gut. 40. Syr. de Artemiſ. q. ſ. f. maſſa, & Pil. N. 160. pro 40 Doſibus, ſc. iv. pro Doſi.

Sanguinem depauperatum, & inertem exaltant, & acuunt; Humores limoſos & ſubſiſtentes attenuant, & expurgant; Vteri vaſa muco infarcta, & à muniis ferientia aperiunt, & ſtimulant. Fœminino ſexui ſunt appropriatæ; & Expertiſſimum, Fidiſſimumquè proſtant remedium, ad inveteratam Menſium obſtructionem amovendam. Atque licèt alvum ſubducant, facilè tamen ferri ſolent; quià Vaporibus, & paſſioni Hyſtericæ adverſantur. Dentur ſingulis, vel alternis noctibus, pro Medici judicio, per aliquot ſeptimanas.

*Pil. Cachecticæ*

℞ Gum. Ammon. puriſſimæ in granis, Aloes lucidæ ā ʒvj. Chalyb. cum Sulph. præp. ʒv. Ol. Garyoph. & Aniſi ā ℈ſs. Sp. Vini (vel Elix. Prop.) Tartariſ. q. ſ. ſ. maſſa.

Ex Pharmacopœiá Leovardienſi deſumptæ hæ Pilulæ, Maribus potiùs quàm Fœminis dicantur; quià Vapores Hiſtericos non adeò reſpiciunt: nihilomininùs verò calidiores ſunt quàm ſuprà ſcriptæ Benedictæ;

dictæ, Sanguinem fortiùs exagitant, & evehunt; Obſtructiones æque expediunt; Fibris laxatis tonum conciliant; Habitumque corporis exonerant, & emendant. Dentur eodem modo, ac doſi, ac Pil. Benedictæ.

Non ſum neſcius quidem, quòd cl. Sydenham toto illo ſpatio, quo Chalybeata ſumuntur, à Catharticis omninò abſiſtendum eſſe contendit; quià Chalybis vires à Cathartico infringuntur; & quandò id palmarium illi ſit, ut Spirituum ſyſtema redintegretur, firmeturque quod toto vix octiduo reſuſcitatur Chalybis ope, Cathartico (vel leniſſimo) exhibito, die unicâ rursùs demolitur: Et haud illi dubium eſt, quin Aquæ etiam Minerales ferræ Purgantium intercalatorum uſu, minùs reddantur efficaces.

Et contrà verò, ſæpiſſimè notavi Effectus ſatis felices ex Chalybeatis & Catharticis ſimu maritatis, Ideoque ut Difficultatem hanc expediam, hoc modo diſtinguendum eſſe judico.

Si Chalybeatorum exhibitorum Intentio ſit unica, ut Sanguinis depreſſi craſis exaltetur, & Spirituum Syſtema corroboretur; tunc quidem à Catharticis prosùs abſtinendum erit.

Sin verò unà cum Sanguinis exaltatione, Obſtructiones inſupèr ſint amovendæ, & colluvies limoſa eliminanda; tùnc Cathartica Chalybeatis adjuta optimè operabuntur, & unitis viribus proſperè rem conficient. Atque huic opinioni conſtans Medicorum praxis abundè ſuffragatur; certaque & fidelis Experientia ſemper aſtipulatur.

Atque Authorem ipſum non ſemper, & ubique à Purgantibus abhorrere liquidiſſimè conſtat. Hoc modo enim conſulit, (Proceſs integ. p. 10) Si chalybs juſto plus corpus calefaciat; tum per ejus uſum quartâ quâque aurorâ, ſumantur Aq. Mineralium Purgantium

lib.iv.

lib.iv.quæ tametſi alvum moveant; haud tamen tumultum cient.

*Pil. Camphoratæ.*

℞ Pul. Glycyrrh. Sacch. Camph. ã ℈ij. f. pulv. ſubtil. ex quo, & Tereb. Ven. q. ſ. concinnentur Pilulæ.

*Pil. Carminativæ.*

℞ Gum. Ammon. col. ℈ij. Myrrhæ, Succini Maſt. ã ℈j. Olibani, Croci, Caſtor. ã ℈ſs. Sal. Martis (ad albedinem calcinati) ʒſs. Ol. Nuc. Moſch. gut. viij. Elix. Prop. q. ſ. m. f. Pil. N. 40.

Sylvianæ hæ ſunt, & optimè quidèm comparatæ ad Pituitam (Ventriculum, & Inteſtina aggravantem, Flatuſque Dolores & malorum Iliada excitantem) attenuandam, & abradendam.

Flatus diſcutientia non diſtinguntur à Pituitam incidentibus, inquit Riverius; & rectè: nam Flatus generantur quandò Pituita conquaſſata in bullulas elevatur. Quæ ergò Pituitæ viſciditatem corrigunt, Flatuum parentem confodiunt. Dentur Pil. v. bis in die, vacuo Ventriculo.

*Pil de Caſtoreo.*

℞ Pul. Caſtor. ℈ij. Sal. cc. Sal. Succini ã ℈j. Balſ. Perv. gut. xvj. Diaſcord. q. ſ. m. f. Pil. N. xxx.

Amiciſſimæ ſunt Mulieribus Hyſtericè affectis.

Non poſſum non vehementer mirari quid Zvvelfero in mentem venerit, cum hoc modo (Pharm. Reg. claſ. 6. p. 546) ſeſe expreſſerit. Ipſa teſtatur Experientia, quod Caſtoreum odore tenus quidem Hyſtericis proſit Mulieribus; at intra corpus ſuptum magis ſit nocumento. —— Ergò contrarium morbo

moliuntur

moliuntur ij, qui Caſtorem Hyſtericis infundunt. Cujus facinoris felicem ſucceſſum videre mihi nondum licuit.

Singulis doſibus addi poſſint (ſi Medico viſum fuerit) Sal. Chalybis gr.iij.

*Pil. Catarrhales.*

℞ Pil. Ruffi ℈j. Pil. de Styrace gr. vj. Ol. Aniſi gut. j. f. Pil. N. v.

Lymphæ tranſudationem prohibent; Serum acre vellicans mitigant; irritationis ſenſum obtundunt; Tuſſim ſiſtunt; & Somnum accerſunt: poſtero verò die, materiam per alvum leniter ſubducunt; novumque ejus influxum præcavent. Ab omnibus autem Catharticis fortioribus religioſè hoc in caſu abſtinendum eſt; quandoquidem iſta non tantum Naturam debilitant; verùm etiàm (ſanguinem acuendo, & exagitando) Colliquationem adaugent, Febremque accendunt. Sumantur veſperi, ſine regimine; & ſingulis, vel alternis noctibus repetantur.

*Pil. Catholicæ.*

℞ Pil. Coch. maj. ℥j. Extracti Rudii ℈ij. Reſ. Ialap. ℈j. Ol. Aniſi gut. ij. Balſ. Peruv. q. ſ. m. f. Pil. N. xxiv. pro 4 Doſibus.

Optimè, & efficacitèr purgant; mane primo ſumantur, horam unam ſuperdormiendo.

*Pil. Cephalicæ*

℞ Pil. Fæt. gr. xv. Reſ. Ial. Caſtor. Sal. Succini ā gr. v. Ol. Succini gut. ij. Spir. Lavend. comp. q. ſ. f. Pil. N. vj.

Vulgata apud plurimos invaluit Opinio, Pilulas commodiùs, quàm Potiones, in Capite purgando, exhiberi;

hiberi; nempè quià non ſtatim ſolubilas, Ventriculum diutiùs irritant; & conſequentèr fortiùs è Capite, & partibus remotioribus, humores alliciunt.

Mediocris hæ ſunt operationis; & apprimè conveniunt, ubi Capitis dolore, Paralyſi, affectibus Soporoſis, Convulſivis, aut Hyſtericis obnoxii, purgatione opus habent. Dentur iij. veſperi, & iij. manè ſequenti, cum levi regimine.

*Pil. Chalybeatæ.*

℞ Sal. Chalyb. ʒj. Chalyb. cum Sulph. præp. & ſubtil. lævig. pul. Rad. Serp. Virg. ā ʒij. Garyoph. Mac. Myrr. Croci. Aloes ā ʒſs. Ol· Nuc. Moſc. gutt x. Ol. Aniſi gut. v. Mellis q. ſ. m. f. Pil. N. lxxv. pro xv. doſibus, ſc. v. pro doſi.

*Pil. Chalybeatæ Balſamicæ.*

℞ Sal. Chalyb. ʒj. Gum. Guaiaci, Aloes ā ʒii. Scammon. Gum. Ammon. ā ʒſs. Balſ. Peruv. q. ſ. f. Pil. N. 60. Doſ. N. v.

*Pil. Chalybeatæ Fætidæ.*

℞ Sal. Chalyb. ʒſs. Galb. ℈j. Aſ. fæt. ℈ſs. Myrr. Caſtor. ā gr. xv. Pul. Rad Zedoar. ( Rad. Serp. Virg. vel Cort. Peruv. pro intentione Medici ) ʒiſs. Extrac. Gent. ( vel Rutæ, vel. Ther. Androm. ) ʒij. Ol Succini gut. iv. Syr. Pæon. q. ſ. f. Pil. N. 60. pro xij. Doſibus.

*Pil. Chalyb. Volatiles.*

℞ Myrr. ʒij. Croci, Sal. Chalyb. ā ℈ij. Sal. CC. Succini ā gr. xvj. Balſ. Peruv. gut. viij. Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. Ol. Cinnam. Garyoph. Roriſm. Origani ā gut. j. Syr. Balſ. q. ſ. m. f. Pil. N. 80. pro xvj. Doſibus

*1 Pil. Chalybeatæ Purgantes.*

℞ Pil. Ruffi ℈j. Sal. Chalyb. gr. v. Balſ. Peruv. q. ſ. f. Pil. v.

*2 Pil. Chalybeatæ Purgantes.*

℞ Gum. Ammon. (mediante Vino Rhenano depurati) ℥ij. Vitrioli Martis (ad levem rubedinem calcinati) ℥ſs. Scammon. ſulphurati ʒx. Ol. Ment. gut. xij. Syr. de Spinâ Cerv. q. ſ. m. f. Maſſa.

In Melancholiâ Hypochondriacâ, Cachexiâ, & Obſtructionibus pertinacibus conducit.

Doſis à gr. v. ad ℈j. Sæpiùs enim minor doſis præſtat.

*Pil. è Cinnabere.*

℞ Cinnab. nativ. in Alcohol. redact. Cran. Hum. ā ʒii. Caſtor. Sal. Succini ā ʒj. f. Pulv. exquiſitè tenius, cui adde Ol. Major gut. xij. Balſ. Peruv. ʒj. & Syr. Pæon. q. ſ. contundendo in Mortario, elaboretur in Maſſam. Pilularem.

Ad Epilepſiam pro 24 Doſibus.

Cranium eſt (ſi quid ego judicem) non tantùm Os aridum, viribus caſſum; ſed inſuper cadaveroſum, ſed humanum; atque eo nomine ægris (ſi non Anthropophagis) horrificum, & execrandum: ideoque ſalubre eſſet, & honeſtum ex Pharmacopoliis omnibus efferre, & Oſſa ſepulchrali contumulare domo.

*Pil. ad Colluviem.*

℞ Calomel. ʒij. Sacch. Saturni ʒj. Camph. Amyli ā ʒſs. Balſ. Capiv. q. ſ. f. Pil. N. 36, pro 12 Doſibus.

Contra Gonorrhæam, & Fluorem album.

*Pil.*

*Pil. de Coccinillâ*

℞ Coccinel. ʒij. Croci ʒj. Mellis q. ſ. f. Maſſa Pil.

Alexipharmacæ ſunt, & in Febribus Malignis (præcipuè Diarrhæâ Symptomaticâ commitatis) præſcribi poſſunt.

*Pil. Colicæ.*

℞ Pil. è duob. ʒſs. Calomel. ℈ſs. Ol. Succini gut. ij. Laud. Londin. gr. ij. Diacod. q. ſ. f. Pil. N. v.

In Colicâ Hyſtericâ Purgatio quævis noxea eſſe deprehenditur. In Bilioſâ verò quando dolor ſævus in uno quadam loco (præſertim Ventriculo, & Inteſtinis ſuperioribus) detigatur; Alvuſque ſit pertinaciſſimè clauſa; & nullum Clyſma poſſit injici propter ſpaſmum inteſtina retrahentem; hæc Pilulæ in ſubſidium venire ſolent: primò enim dolorem ſedant, & ſpaſmum ſolvunt; dein motum periſtalticum fortitèr ſtimulant: & materiam morboſam exterminant. Quodſi primâ vice exhibitæ (proùt ſæpè evenit) operationem non ſortiantur (Fotibus carminativis non interim neglectis) repeti debent, ut operatio ſequatur: quamprimùm enim per inteſtina viam ſibi faciunt; Spaſmus, & morbus ſolvitur.

*Pil. Cratonis.*

℞ Cubeb. Calamit. Nuc. Moſc. Garyoph. Maſtich. ā ʒj. Ambræ griſ. ʒſs. Moſc. gr. vj. cum Succo Major. f. Pil.

Contra Apoplexiam detur ℈j. veſperi, & Mane, circa Novilunium, & Plenilunium.

*Pil.*

*Pil. Croceæ.*

℞ Extrac. Croci gr. xvj. Flor. Benzo. gr. xxiv. Succ. Glycyrrh. Hiſp. ℈iſs. Ol. Aniſi gut. ij. Elix. Propr. q. ſ. m. f. Pil. N. xxiv.

Harum vis (ſanguinis vehiculo) in Pulmones ipſos transfertur; ibique partim Lymphæ acrimoniam temperando, ejuſque tranſudationem præpediendo; partim pituitam craſſam attenuando, & ſtagnantem dimovendo; partimque demùm membranas bronchiorum irritando, earumque tonum reſtituendo; Pulmonibus oppletis, & oppreſſis fortiter ſuccurrunt. Sumantur Pil. ij. tèr in die ſuperbibaturque hauſtus appropriatus.

*Pil. Diachalciteos.*

℞ Alum. rup. uſt. gr. xij. Vitrioli albi gr. viij. Terebint. Venet. q. ſ. m. f. Pil N. xij. pro ſex. doſibus. Ad. enormem fluxum Menſium dentur per vices prout uſus fuerit.

Schroderus Pilulas exhibet Diureticas Cloſſæi ex Vitriolo albo & Terebinthinâ comparatas; quas ſumendas eſſe ait à ʒj. ad ʒij. (doſin planè prodigioſam) aſſeritque Terebinthinam Vitriolo additam vim ejus Vomitivam refrænare, & Diureticam concitare. Sed credat Iudæus Apella.

Novimus quoſdam (inquit VVedel. Amænit. liu. 2. Sect. 2. C. 16.) cum ſucceſſu uti Vitriolo albo, ſaltem ad gr. j. quotidiè dato, & per aliquot dies continuato, unde blanda quædam Salivatio oriebatur Vitriolum enim eſt Emeticum juſta doſi datum; minori verò continuatum cum movere Vomitum non poſſit, ſaltem Salivam in os movet, uti id ipſum fit in vomiturientibus.

Pil.

*Pil. Diacurcumæ.*

℞ Pul. Rad. Curcumæ ℨj. Croci gr. xviij. Sal. volat. Sal. Armon. Sal. Succini ā ℨſs. Piperis longi gr. xij. Theriacæ Ven. ℨiſs. Ol. Roriſm. gut. iv. Spir. Lavend. comp. ℨſs. ſyr. de 5 Rad. q. ſ. m. f. pil.

Valent in Cachexiâ, Ictero, Hepatis obſtructione.

Doſ. ā ℈j. ad ℨſs.

*Pil. Diaphoreticæ.*

℞ Rad. Serp. Virgin. ℈iv. Croci, Camph. Sal. CC. Succini ā ℈ſs. f. pulv. ſubtil. qui cum tenuioris partis Diaſcord. q. ſ. formetur in Pil. N. xxxv.

Aliqui à Bolis & Pulveribus (præſertim amaris) abhorrent, qui tamen pilulas ſine faſtidio deglutire poſſunt. Febribus malignæ notæ dicantur. Quoàd operandi modum verò conſulatur Decoct. ſacrum. Dentur N. v. tertiis, quartis, vel ſextis horis, cum vehiculo idoneo.

*I Pil. Diureticæ.*

℞ Pul. Apum. ℨij. Sal. Prunel. ℨj. Sal. Succin. volat. Sem. Sinap. ā ℨſs. Ol. Aniſi gut. xij. Terebint. Vent. q. ſ. f. Pil. pro xij. doſibus.

Sanguinis compagem liquant; Glandulas, & interiores corporis receſſus detergunt; Renes ſtimulant; Mucum & Arenulas expurgant; Vrinamque potentèr cient. Porrò veſperi exhibitæ egregiè ſubveniunt Aquarum Tunbrigentium potatoribus, quotiès aquæ epotæ, aut propter pituitoſas obſtructiones defixas, propter inertiam fibrarum propellentium, in Habitu Corporis reſtitantes, non ſatis copioſè redduntur. Duo vero ſunt Practicis obſervandi caſus, in quibus hujuſmodi acria minimè conveniunt. Primò quando

Aquæ ſtagnant in Habitu Corporis, ob febrilem intemperiem, aliamve acrem ſanguinis diatheſin, quæ Spiritus turbando, fibrillaſque irritando, tubulos criſpat, & meatulos occludit: atque in hoc caſu opportunæ veniunt Venæſectio, Laxantia, Refrigerantia, Lenia, & Demulcentia. Secundò quandò non in corporis habitu, ſed in Ventriculo ipſo, & primis viis moras nectunt aquæ: minimè enim tunc Diuretica; ſed Aromatica, Carminantia, & Ventriculum confortantia & Cathartica rectiùs indicari, & Ratio ſuadet, & Vſus docuit.

*2. Pil. Diureticæ.*

℞ Teſt. Ovor Calcin. ℥ſs. Camph. ℈j. Cantharid. ℈ſs. Tereb. q. ſ. form. Pil. N. ix.

Deglutiantur iij. tertiis horis.

Potentiſſimè omnium Vrinam pellunt Cantharides; idque ob Sulphur volatile, atque ob Sal copioſum acre cauſticum, in Vrinâ liquabile, quod in vaſa raptum, in Renibus, & veſicâ hinc adeo ſtimulat, ut & erodat, & Vrinam cruentam efficiat.

Neque enim tam propter hiſpidas, aculeatas partes agunt, quod non nulli pro ratione allegant, nam tritu, & mixtione cum aliis viſcidis, rotundis, oleoſis, pereunte illâ figurâ, nihilominus potenter id præſtant. Sed cautè ijs eſt utendum, ac doſi refractâ inquit VVedel.

*Pil. Dyſentericæ.*

℞ Boli pulv. ℥ij. Ol. Chartæ gut. iv. Galb. col. q. ſ. f. maſſa Pil.

Peregrinus quidam Medicus mihi communicavit; & harum vires in Hiberniâ ſe ſatis expertum eſſe ſanctè aſſeveravit. Bolus humorum acrimoniam re-

tun-

tundere, & affluxum ſiſtereſſe; deindè Galb. & Ol. Chartæ corrugationes dolorificas compeſcere poſſe videntur. Doſ. ℈j.

*Pil. Ecphracticæ.*

℞ Pil. Stom. cum. Gum. Pil. Aloephang. Pul. Rhab. Gum. Guaiaci. Sal. Chalyb. ā ℈iv. Sal. Abſint. Extrac. Gent. ā ℈ij. Elix. Prop. q. ſ. f. Pil. N. 80. quarum doſis ſit N. v.

Vires obtinent Miſt, Ecphract. & Pil. Cacheƈt. quas vide. Sumantur veſperi, vel quotidiè, vel alternis noctib. per menſem integrum.

*Pil. Emmenagog.*

℞ Borac. Ven. Myrrhæ ā gr. 45. Rad. Ariſtol. rot. Croci ā gr. xv. Ol. Puleg. Sabinæ, Garyoph. ā gut. ij. Syr. è 5 Rad. q. ſ. m. f. Pil. xxiv. pro vj. Doſibus.

Titulus vires edocet. Dentur (poſt Pilularum Benedict. uſum) menſtruationis tempore, quotiès irritatio fortior requiritur, bis in die.

*Pil. Expectorantes.*

℞ Gum. Ammon. col. Millep. ā ʒiſs. Caſtor. Flor. Benzo. Sal. Succini ā ʒſs. Camph. Croci ā gr. xv. Balſ. Sulph. q. ſ. reduc. in Maſſam, & confice Pil. N. v. è ſingulis ſcrupulis.

*Pil. Febrifugæ.*

℞ Pul. Flor. Chamæm. ʒiiſs. Antimon. diaph. ʒj. Sal. Abſint. ʒſs. Mucilag. Gum. Tragac. q. ſ. f. Pil. N. 60 pro xij. Doſibus.

Non ſemel (licet non ſemper) efficaces novi ad Febrem intermittentem (ſine recidivâ) profligandam, quum Corticem Peruvianum fruſtrâ priùs tentaſſem. Sumantur tertiis horis, abſente paroxyſmo.

*Pil. Gemmeæ.*

℞ Pul. Rutæ, Macropip. Sal. Gem. Camph. Balſ. Peruv. ā ʒſs. Ol. Cymini gut.iv. Syr. de Mecon. q. ſ. m. f. Pil. Adverſus Colicam.

*Pil. Gentianæ.*

℞ Pul. Gent. ʒij. Sal. Abſint. ℈ij. Extrac. Gent. ʒj. Syr. è Roſ. ſic. q. ſ. f. Pil. N. 60. doſ. N. v.

Contra Febres Intermittentes; & ad Ventriculum roborandum.

*Pil. Gileadenſes.*

℞ Sacch. candi albi ʒij. Spec. Diatrag. frig. ʒj. Balſ. Tolut. ℈ij. Flor. Benz. ℈j. f. pulv. qui Balſ. Gilead. q. ſ. exceptus formetur in Pilulas N. 60. pro xij. Doſibus.

In diatheſin Phthiſicam proclivibus, & Chronico lateris dolori, Tuſſique obnoxiis, commodè præſcribuntur. Seri enim exſudantis acrimoniam corrigunt; infarctus Pulmonares expediunt; Tubercula cruda diſcutiunt; Fibrillarum tonum ſtabiliunt; Vaſorumque rupturas reſarciunt. Dantur manè & veſp. cum vehiculo.

*Pil. de Guaiaco.*

℞ Gum. Guaiaci. Aloes ā ʒiſs. Balſ. Peruv. q. ſ. f. Pil. ſ. a.

MS. ex quo deſumpſi vult, Aloen. in hâc miſturâ, omnem ſuam Amaritudinem deponere.

Ad affectus Ventriculi frigidos, Doſ. ʒſs. poſt cœnam. His addi poſſit Sal. Chalybis.

*Pil. Haloſanthinæ.*

℞ Sperm. Ceti ℥j. Sacch. alb. ℥ij. Syr. Balſ. q. ſ. contunde in mortario tepide & confice pilulas.
Puerperis conveniunt, & contuſis doſ. ℥ſs.

*Pil. Hydragoga.*

℞ Gambog. pulv. à gr. xij ad xvj. Ol. Iunip. gut. ij. Mithridat. q. ſ. m. f. Pil. N. iij.

Hæ Pilulæ inaſſuetis operationem ordiri ſolent cum aliquali Patientis angore, & duabus tribuſve vomitionibus: poſt aliquot verò aſſumptas doſes, vim ſuam Emeticam omninò deponunt, & per inferiora tantùm Purgant. Tàm potentèr vero, & confertim operantur, ut ſæpius (non ſine ſtupore) notavi 12 aut 15 ſedes merè aquoſas ex earum uſu profluxiſſe; totalemque operationem intra duarum horarum, ab aſſumptione, ſpatium, penitùs peractam fuiſſe. Atque Neotericorum licèt jam paſſim invaluit opinio, nullam uſpiam dari Electivam Purgationem; Experientia tamen irrefragabilitèr, & ad ſenſum teſtatur, has Pilulas humores præcipuè, & quaſi Specificè, aquoſos prolicere. Ideoque Anaſarcâ laborantibus mirum quantum opitulantur: Tumoribus aquoſis, & Vlceribus humidis validè medicantur: Sudores iſtos, qui non Febri criſin mollienti, ſed Seri copiæ, Sanguiniſque fuſioni, debentur, mirabilitèr ſiſtunt. Habitu Oedematoſo præditis ritè appropriantur: Calidioris verò, & ſiccioris temperamenti hominibus minimè congruunt. De modo purgandi Hydropicos vide Potionem purg. Hydrop. infra ſcriptam.

*Pil. Hyſtericæ.*

℞ Galb. col. Aſæ fœt. Myrr. ā ℥j. Caſtor. Camph. Sal. Succini ā ℈ſs. Ol. Succini gut. iv. Balſ. Peruv. q. ſ. f. Maſſa, cui (quotiès res poſtulaverit) adjici poſſunt Salis Chalybis ℈ij. exindeque dicantur Pilulæ Hyſtericæ Chalybeatæ.

Vires ſuas exſerere videntur, quatenùs Spiritus exorbitantes ac deſertores, in proprias ſtationes remandant; quod fuſiùs ſub titulo Iulap. Hyſt. Explicatur. Sin vero ventrem moverint (quod in corporibus facillimè purgatis, præ Gummata, quæ inſunt, quandoque fit) tunc ab iis omninò abſtinendum erit, exhibeatur ℈j. pro doſi cum Iulap. Perl. Hyſt.

*Pil. Japonicæ.*

℞ Ter. Iapon. pulv. ℥ij. Ol. Cinnam. gut. iv. Syr. è Roſ. ſicc. q. ſ. m. f. Maſſa.

Inſigniter corrugant, & aſtringunt; Laxitatem Ventriculi emendant; Vomitionem ſedant; Diarrhæam reprimunt; internaſque Sanguinis effuſiones ſiſtunt. Addi poteſt Laudanum pro re natâ. Doſ. ℈j. tèr in die.

*Pil. Ictericæ.*

℞ Crem. Tarr. Coccinel. ā ℥ſs. Sapon. Ven. ℥iij. contundendo f. Pil. N. 45.

Præſtantes ſunt; expertus laudo. Dentur N. vj. tèr in die, uſque adeo dùm devictus ſit Affectus; quod brevi fiet; niſi invincibilis ferè Iecoris Tumor, aut obſtructio obſtiterit.

*Pil. Luteæ.*

℞ Reſ. Ialap. ℥j. Ol. Iunip. gut. vj. Croci gr. viij. Myrrh. gr. xij. Vitell. Ovi q. ſ. m. f. Pil. N. 20. pro 4. Doſibus.

*Pil. de Mercurio crudo.*

℞ Argenti vivi ℥vj. Turpet ʒijſs. Aloes, Rhab. Colocynth. Diagryd. Agar. ā ʒij. Hermodact. Myrr. Mithrid. ā ʒiſs. Moſch. Ambr. griſ. ā gr. xv. Fol. Auri N. xij. Tereb. Ven. ℥iſs. cum Syr. Limon. q. ſ. conficiatur Maſſa Pil.

Doſ. à ℈ſs. ad ℈ij.

Argentum vivum ad uſum medicum purgari debet, ut adhærentia concreta Saturnina, Antimonialia, Biſmuthina, Arſenicalia &c. ſeparentur; fitque variis modis.

1. Subigendo manibus cum medullâ panis adhuc calentis: ita Plumbaginem deponet.

2. Per corium ſæpiùs exprimendo.

3. Lavando cum Spiritu vini.

4. Optimè priùs triturando cum Sale & Aceto; deinde Aquâ calidâ abluendo, & denique Spiritu Vini perpurgando.

5. Deſtillando ex Retortâ Mercurium vivum, cum pari pondere Salis Tartari, & Calcis vivæ; terque quaterve reiterando.

6. Optimus verò modus videtur reviviſcendo Mercurium currentem, per deſtillationem, ex Cinnaberi Sublimato, Præcipitato, aut Amalgamate.

*Pil. de Mercurio dulci.*

℞ Mercur. dulc. pul. ℈ſs. Extrac. Rudii gr. xv. Reſ. Jal. gr. v. Ol. Garyoph. gut. j. Syr. Roſ. Sol. q. ſ. f. Pil. N. vj.

Manè aſſumptæ commodè operantur; atque exhiberi poſſunt ubicunque Phlegmatis onus Inteſtina aggravat; Materia lenteſcens corporis Habitum obſidet; Serum ſalino fixum Scorbutum infert; Succi acres

VI-

Vlcera vellicant; Ichor polluens cutim afficit; demumque ubi Vermes infeſtant.

Dubitare ſubeſt utrum Sal, Tartari, & Mercurius dulcis aptè ſimul præſcribuntur. Cum enim Sublimatus (ex quo paratur Dulcis) nil aliud eſt niſi Argentum vivum ab Acido coagulatum; ſi a ſale Alcali adjecto illud Acidum infringatur; concretionis vinculum probabiliter exindè diſſolvetur; & Mercurius jam ſui juris factus emancipatus, dimittetur.

Notabile eſt quod habet Etmullerus (in Ludovic. Tit. 4. p. 1077.) Mercurium dulcem optimè conferre ad præcavendas Variolas: pro 5 annorum Infante Recipit Merc. dulc. gr. v. pul. Ialap. gr. j. Conſ. Roſ. parum. & facit Bolum. Hoc modo ſæpe (inquit ille) miratus ſum Mercurii affectum; cujus intuitu ſemper dedi eundum in principio Variolarum ceu laxans optimum: quia in hoc optimum Corrigens Variolarum conſiſtit.

### *Pil. de Myrrhâ.*

℞ Pul. Myrr. ℥j. Croci ℈j. Balſ. Peruv. ℈ſs. Vitel. Ovi. q. ſ. f. Maſſa Pil.

Doſ. ℈ij. Stomachicæ ſunt; Pectorales; Alexiteriæ; Febrifugæ & Emmenagogæ.

### *Pil. Nephriticæ.*

℞ Millep. pulv. Sal. Armon. crudi, Sapon. Ven. ā ℨij. Gum. Hed. ℨiſs. Croci ℨſs. Ol. Iunip. gut. xvj. Tereb. Ven. q. ſ. f. Maſſa.

Cuidam Practico hæ valde erant familiares, & plurimûm æſtimatæ, ad Vrinam, Mucum & Sabulum expellendum. Hùc referantur quæ ſuprà dicta ſunt de Pil. Diuret. Doſ. ℨſs.

*Pilulæ*

*Pilulæ Nigræ.*

℞ Rad. Enulæ, Ireos, Sem. Aniſi, Sacch. candi ā ℥j. Pic. liq. ℥ij. vel. q. ſ. f. Pil. N.72.

Attenuant, Incidunt, Calefaciunt; & Optimè conducunt, expertiſſimæque ſunt ad Phlegma crudum & tenax è Gulá, & Pectore educendum; tonumque Pulmonibus reſtituendum. Vbi verò datur Defluxio tenuis, aut Febris Catarrhoſa, minimè in uſum duci debent. Doſ. N.vj. manè & veſp.

*Pil. de Olibano.*

℞. Olib. Pul. ℈iv. Sal. cc. ℈j. Vitel. Ovi. q. ſ. f. Maſſa.

Ad Lateris dolores flatulentos, ſine Febre & Inflammatione vagè recurrentes, exquiſitè pungentes, & reſpirationem inhibentes (Stitches Anglicè dictos,) Atque etiàm ad Pleuritidem ipſam (poſt debitas Sanguinis evacuationes) commodiſſimè præſcribuntur. Doſ. ℥ſs. tèr in die.

*Pil. Pectorales.*

℞ Rad. Enulæ, Ireos, Glycyrrh. ā ℈j. Flor. Benzo. Croci ā ℈ſs. Sacch. candi albi ℈ij. f. pulv. qui ope Balſ. Sulph. Aniſati cog. in Maſſam, & f. Pil. N.xxiv.

Thoracem & Pulmones phlegmate mucoſo infarctos, & impeditos aperiunt, tergunt, liberant: Tuſſi anhelæ, Orthopnœæ, & Phthiſi (dùm adhuc in primo tantùm ſtadio verſatur; & antequàm Febris Hectica accenditur) aptiſſimè conveniunt. Doſ. N. vj. tèr in die.

*Pil. Piceæ.*

℞. Pul. Fuliginis ſplendentis ℥iſs. Sal. cc. ℨſs. Pic. liq. q. ſ. f. Maſſa.

Gelatinoſum Sanguinem liquant: Obſtructiones indè natas excutiunt; circulationem per partem affectam reſtituunt; Spiritus labantes reficiunt; & Expectorationem promovent: ideòque fructuosè (poſt debitas Venæſectiones) Pleuriticis exhibentur ad ℈j. quartis horis.

*Pil. Pleuriticæ.*

℞ Pul. Sang. Hirci ℥iſs. Sal. Vol. Sal. Armon. (vel cc.) Sal. Succini, Camph. ā ℈ſs. Tereb. Ven. q. ſ. f. Maſſa, & Pil. v. ex ſingulis ſcrupulis.

Eaſdem operandi intentiones implent, ac ſuperiores Piceæ. Porrò utiles eſſe videntur ad Caſum; Cruorem enim coagulatum diſſolvunt; & Vrinam cient. Doſ. ℈j. quartis, vel ſextis horis.

*Pil. Polychreſtæ.*

℞ Aloes lucidæ, Scammon. præp. ā ℨiij. Troch. Alhand. ℨij. Maſtich. Croci opt. ā gr. 45.

Aloe, Maſtiche, & Scammonium ſeorſim in pulverem redacta cum Spiritu Vini in maſſam formentur; cui reliqua dein ſubtiliſſimè pulverata immiſceantur.

E Pharmacopæiâ Leovardienſi transferuntur, & fortitèr purgant. exhiberi debent mane à gr. xv. ad xxv. vel ℨſs.

*Pil. Poterii.*

℞ Flor. Sulph. Glycyrrh. Sacch. candi albi ā ℨj. Balſ. Sulph. q. ſ. f. Maſſa.

Serum

Serum tenue, & acre vel in Laryngem, vel in Pulmones depluens. Tuſſimque moleſtam titillando acciens, corrigunt, edulcorant, attemperant, incraſſant; & expuitioni aptum reddunt: Sulphur enim Pulmonum Balſamum audit; & nil æque Catarrhum ſiſtit, ac Sulphur & Sulphurata. A Sulphuræ ſputa quaſi globoſa redduntur; non alitèr ac humidam aliquam maſſam à calore in rotunditatem converti videas, inquit VValæus.

Mirabile eſt quod ſcribit Etmullerus (Vol. 1. Pag. 717. b.) cum Spiritu Terebinthinæ parari Balſamum Sulphuris egregiè penetrans, adeo ut ſi aliquot guttæ inungantur carpis pulſum, paulo poſt ſentiatur in Vrinâ Sulphuris odor.

Gravidis medicamenta ex Sulphure parata non conveniunt, nè iis Abortus conciliatur, inquit Senertus.

*Pil. Puerperarum.*

℞ Fol. Sabinæ, Dictam. Cret. ã ℥j. Myrrh. Galb. Ammon. Caſtor. ã ℥ij. cum Syr. de Artemiſ. q. ſ. f. Maſſa.

Ad Parturiendi conatus deficientes revocandos: ad Secundinarum retentarum, & Lochiorum ſubſiſtentium expulſionem, valentiſſimæ ſunt hæ Pilulæ. Sed nè quid nimis; quamprimùm intentioni ſatisfiet, ab earum ulteriori uſu omninò abſiſtendum erit. Doſ. ℈j. vel ʒſs.

*Pil. Reſinoſæ.*

℞ Pul. Reſinæ commun. Sacch. Saturni ã ʒj. Camph. Balſ. Capiv. ã ʒſs. Ol. Tereb. gut. xij. Vitel. Ovi q. ſ. f. Pil. N. 48.

Ad

Ad Vrinæ ardorem, Fluorem album, & Gonorrhæam detur à ℈j. ad ʒſs.

*Pil. de Rheo.*

℞ Rhab. pul. ʒj. Gum Guaiaci ℈ij. Sal. Succini ℈j. Ol. Aniſi gut. vj. Terebint. Ven. q. ſ. m. f. Pil. N. xxx.
Doſ. v. Veſp.

*Pil. è Sale Chalybis majores.*

℞ Sal. Chalyb. Gum. Ammon. ā ʒſs. Rad. Zedoar. Extrac. Gent. ā ʒij. Syr. è 5 Rad. q. ſ. f. Maſſa, exindeque concinnentur Pil. N. 60.
Doſ. N. vj. bis in die.

*Pil. è Sale Chalybis minores.*

℞ Sal. Chalyb. Pul. ʒij. Galb. col. (vel Mucilag. G. Tragac.) q. ſ. f. Pil. pro xxiv. Doſ.
Aliquando hunc ſalem coegi in Pilulas Melle ſolo: atque tunc unica Pilula (ſummè delicatulis non ingrata) pro doſi ſufficeret.

*Pil. Salinæ.*

℞ Sal. Abſint. ℈ij. Ol. Aniſi, Garyoph. Succini ā gut. j. Tereb. Ven. q. ſ. f. Pil. N. viij. pro 4 Doſibus.
Contra Vomitum, Flatus & Ructus.

*Pil. Sanctæ.*

℞ Gum. Guaiaci, Reſ. Guaiaci ā ʒiſs. Ol. Guaiaci ℈j. Balſ. Peruv. q. ſ. f. Maſſa pilul.
Putredinem delent; Sudorem movent; in Arthriticâ ſpuriâ, Lue venereâ Phthiſi, incipienti, bene faciunt, aliquibus ventrem lanxant. Capiat æger ʒſs. veſp. ſuperbibatque hauſtum Decocti ſancti.

Pil.

*Pil. è Sanguine Draconis.*

℞ Sang. Drac. ʒiiſs. Sacch. Saturni, Alum. crudi ã gr. xv. Tereb. Ven. q. ſ. m. f. Maſſa, & formentur exiinde Pil. N. 48. Inſigniter Stypticæ ſunt, Doſ. N. iv.

*Pil. Saturninæ.*

℞ Sacch. Saturni, Camph. ã ʒij. Calomel. ℥ſs. Tereb. Venet. q. ſ. m. Pil. N 120.

Adverſus Gonorrhæam, & Fluorem album. Doſ. N. v.

*Pil. de Scammonio.*

℞ Pul. Rad. Ial. gr. v. Scammon. præp. Mercur. dulc. ã ℈ſs. Ol. Carui gut. j. Mellis q. ſ. f. Pil. N. v.

Earundem ferè ſunt virium ac. Pil. de Mercurio dulci.

*Pil. ad Scrophulas.*

℞ Spong. uſtæ ʒj. Oſs. ſepiæ ʒſs. Sacch. Saturni gr. xxiv. Camph. gr. vj. Terebint. Venet. q. ſ. m. f. Pil. N. xxx. Doſ. N. v.

*Pil. Smegmaticæ.*

℞ Sapon. Ven. ʒij. Ol. Aniſi gut. viij. contundendo f. Pil. N. xxiv.

Renum, & Vreterum vias ſingulariter expurgant: contra Dyſuriam, & Icterum egregiè valent. Doſ. N. vj. & Superbibatur hauſtus Tinct. Croci, paratæ ex Croci ʒj. & Vini albi lib. j.

*Pil. Solenandri.*

℞ Moſchi gr. viij. Sang. Drac. Sacch. albi ã ℈j. Balſ. Gilead. q. ſ. f. Maſſa pro 4 Doſibus.

Con-

Conducunt Vomitionem. Singultum, Leipothymiam, nonnunquàm & Hyſtericam paſſionem patientibus. Moſchi, Zibethique odor Hypochondriacæ ſuffocationi obnoxias Mulieres repentinâ Syncope exanimat; tantum verò abeſt ut in ſubſtantiis aſſumpta talia hoſtilia ſint iſtiuſmodi Fæminis, ut etiàm paroxyſmos Hyſtericos efficacitèr ſiſtant, & refrænent, inquit Etmullerus. Hæc verò tunc præcipuè convenire duxi, quotiès Spiritus non ob copiam, & turgeſcentiam efferatò exploduntur; ſed ob penuriam, & vacillationem, in confuſiones labuntur: Moſchus enim Sanguinem potentèr exagitat; Spirituſque valdè reficit.

1 *Pil. Splenetica.*

℞ Spicæ Nardi ʒj. Aſæ fæt. Ent. Vener. ā ʒſs. Ol. Succini gut. viij. Balſ. Peruv. q. ſ. f. Pil. N. iv. è ℈j.

2 *Pil. Splenetica.*

℞ Ent. Vener. ℈iv. Croci, Pip. longi, Rad. Serp. Virg. Spicæ Nardi ā ℈j. Galb. ℈iv. Tinct. Myrr. q. ſ. f. Pil. N 72.

Doſ. N. vj.

*Pil. Stomachica.*

℞ Pul. Cinnam. Mac. Nuc. Moſch. ā ℈j. Garyoph. Pip. longi, Fl. Balauſt. ā ℈ſs. Extrac. Gent ʒiſs. Elix. Propr. Tartariſati q. ſ. f Maſſa, & quò diutiùs in Ventriculo commorentur, Pilulæ formentur majores; ſc. iij. è ſingulis Scrupulis.

Ventriculum calefaciunt & roborant; Flatus diſcutiunt; Cibi appetentiam inſtaurant, ejuſque faſtidium detrahunt; Coctionem juvant; Vomitum ſedant. Qui Ventriculo debili calefacientibus ſuccurrit, quam pri-

primùm is viderit Vrinam rubeſcentem, ſtatim à calidis abſtineat; alioquin Hydrops fit, inquit VVallæus. Hoc autem de Spiritibus Vinoſis, minimè verò de Aromaticus, aut Amaris dictum opinor.

*Pil. Stomachicæ Purgantes.*

℞ Pil. Ruffi ℈j. Reſ. Iulap. Sal. Abſint. ā gr. v. Ol. Abſint. Ment. ā gut. j. Elix. Prop. Tartariſ. q. ſ. f. Pil. N. vj.

Non tantùm Phlegma viſcidum Ventriculi plicis & villis adhærens, malorumque Iliada inducens attenuant, excutiunt, & benignè expurgant; ſed & inſupèr Stomachum calefaciunt, & roborant. Dentur vel omnes ſimul horâ decubitûs: vel ij. veſperi, & iij. mane proximo.

*Pil. Stypticæ.*

℞ Croci Mart. Aſtring. ℈ij. Sacch. Saturni, Camph. ā gr. xvj. Ol. Succini gut. j. Tereb. Ven. q. ſ. f. Pil. N. 24, quarum 3 ſint pro doſi.

Contra enorme Menſium, aut Lochiorum effluvium.

*Pil. Sulphureæ.*

℞ Pul. Maſtich. ʒſs. Balſ. Sulph. Aniſati ʒiſs. Vitel. Ov. ʒij. Pul. Glycyrrh. q. ſ. m. f. Maſſa Pilularis.

Ad Affectus Pectorales.

*Pil. Sylvii.*

℞ G. Ammon. col. ℈ij. Sal. Martis (ad albedinem lento igne calcinati) ℈j. Myrrh. Caſtor. ā gr. xv. Croci ℈ſs. Troch. Alhand. ʒj. Reſ. Ial. Scammon. præp. ā ℈j. Ol. Fænic. gut. v. Elix. Propriet. q. ſ. m. f. Pil. N. 50.

Pituitæ viſcidæ incidendæ; Flatibus ex ipsâ ortis diſſolvendis; & materiæ blandè educendæ apprimè inſerviunt. Harum tres, pluresve ſumat ſubindè poſt cænam cubitum iturus æger: aut manè Stomacho vacuo 5. vel quot deſiderabuntur, ut lentè & benignè vitioſi humores expellantur.

*Pil. Syncopales.*

℞ Moſch. gr. vj. Cinnam. Nuc. Moſch. ā ℈j. Garyoph. Croci ā ℈ſs. Confec. Alkerm. q. ſ. f. Pil. pro 3 Doſibus, N. xv.

Spiritus circa Ventriculum hoſpitantes novo vigore inſpirant; exindeque undulatione factâ, totam ſyſtaſin collapſam erigunt, & reficiunt.

*Pil. è Terebinthinâ.*

℞ Tereb. Ven. (in Aq. Plant. ad debitam conſiſt. coct.) ℥ſs. Succini, Sang. Drac. Boli Armenæ ā ʒſs, f. Pil. N. *66*, quarum doſis ſit *6*.

Stypticæ ſunt.

*Pil. Teſtaceæ.*

℞ Teſt. Ovor. recens calcinat. ʒj. Crem. Tart. Sal. Prunel. ā gr. xviij. Sal. Tart. Sal. Succini ā gr. xij. Ol. Aniſi gut. iij. Terebint. Ven. q. ſ. m. f. Maſſa Pilul. pro 6 doſibus.

Potenter movent Vrinam.

*Pil. Tolutanæ.*

℞ Balſ. Tolut. pul. ʒj. Gum. Guaiaci ʒij. Flor. Benzo. Balſ. Peruv. ā ʒſs. Ol. Iunip. gut. viij. Vitel. Ov. q. ſ. m. f. Pil. N. *60*, pro 12. doſibus.

*Pil. Volatiles*

℞ Sal. CC. Sal. Succini ā ℈j. Micæ panis albi è furno nuper extracti ℈ij. Ol. Lavend. gut. iv. Syr. Balſ. q. ſ. m.f. Pil. 20. pro 4. doſibus.

Spiritus extimulant, & Nervos deobſtruunt: valent in affectionibus Soporoſis, Paralyticis, Hyſtericis.

*Pil. Volatiles Oleoſæ.*

℞ Ol. Roriſmar. Lavend. Nuc. Moſch. ā gut. x, Ol. Cinnam. gut. ij. Balſ. Perv. gut. xvj. Sal. Abſint. Sal. volat. Sal. Armon. ā gr. xvj. Vitelli Ovi ʒj. Pul. Rad. Gent. q. ſ. f. maſſa pilul. & formentur Pil. N. 5 è ſingulis ſcrupulis, pro doſi.

Ventriculi fibras debiles, paralyticè affectas firmant, Phlema viſcoſum incidunt: Cruſtam Villoſam detergunt; Flatus diſcutiunt; Vomitum ſedant; Coctionem juvant: Et optimè inſerviunt ubi Caput malè patitur culpâ ventriculi nimìs refrigerati & infirmi.

*Placentæ Purgantes.*

℞ Amygd. dulc. excort. ʒvj. Pul. Rad. Ialip. ʒiij. Reſ. Ialap. ʒſs. Sacch. ʒx. Mucilag. Tragac. q. ſ. f. Placentæ pro vj. doſibus addendo Ol. Cinnam. gut. iij.

*Potio Alba.*

℞ Tereb. Ven. ʒiij. (vel. ℥ſs.) Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Ol. Aniſi gut. j. diſſol. in Vitello Ovi: tunc adde Vini albi ℥iij. Syr. Alth. ℥j. m. & col.

*Potio de Ammoniaco.*

℞ Gum. Ammon. ℈ij. diſſol. in Aq. Hyſſopi ℥iiſs. col. adde Elect. Lenit. ℥ſs. Syr. Roſ. Sol. ℥j. Sal. Prunel. ℈ij. m.

In Potionibus, cum purgandi ſunt Hypochondriaci, diſſolvi benè poteſt Ammoniacum: cum vero Hyſtericæ, Aſa fætida.

*Potio Colica.*

℞ Aq. Menth. ℥j. Steph. Cinnam. ā ℥ſs. Syr. Diacod. ℥j. Vitel. Ov. ſs. Ol. Iunip. Spir. Sal. Armon. Spir. Lavend. comp. ā gut. x. Sal. Abſint. gr. ij. m.

*Potio Lenitiva.*

℞ Crem. Tart. pul. ℈j. diſſol. ſuper prunas in Aq. flor. Samb. ℥iij. adde Mannæ ℥iſs. Syr. Roſ. ſol. ℥ſs. col. pro doſi.

Gratum, mitiſſimumque remedium eſt, ad alvum emolliendam, & leniter exonerandam.

*Potio Purgans Hydropica.*

℞ Rad. Iulap. ʒſs. Zinz. gr. ij. Sal. Tart. gr. xij. Vini albi ℥iij. Syr. Roſ. Sol. ℥j. Syr. Domeſt. ℥ſs. m.

Quoad Purgationem Hydropicis inſtituendam, cl. Sydenham vult, primò ea ſolùm Cathartica eſſe uſurpanda, quæ & fortitèr, & celeritèr operantur. Secundo, Singulis diebus eſſe exhibenda; niſi quòd (ob nimiam debilitatem corporis, ſive propter Cathartici præcedentis operationem plus ſatis violentam) dies unus aut alter nonnunquàm intercalari poſſit. Tertio, à Purgatione (niſi urgente neceſſitate) non eſſe abſiſtendum, aut ceſſandum, donec omnis aquarum moles omninò exantlata fuerit. Neſcio an uſui ſit illud Etmulleri dicentis, in Hidropicis commodiùs inſtitui Purgationes Lunâ decreſcente; creſcente enim malum accreſcit; decreſcente verò decreſcit: undè quo tempore habemus adjuvantem Naturam, purgatio inſtituenda.

*Potio Purgans Nephritica.*

℞ Herb. Malvæ Mj. Sennæ ʒij. Sal. Tart. ℈j.coq. in Aq. font. lib. ſs. col. ℥iij. diſſol. Mannæ ℥iſs. Ol. Amygd. dulc. ℥ſs. Ol. Iunip. gut. x. m.

*Potio Purgans Reſinoſa.*

℞ Reſinæ Ialap. gr. vij. Vitel.Ovi.N.j.Syr.Roſ.Sol. ʒvj. Ol. Aniſi gut. j. Vini albi ℥ij. m.
Addi poteſt Gum. Gamand. q. v.

*Potio de Rhabarbaro.*

℞ Rhab. pulv. ℈j. vel. ʒſs. Aq. Ment. Cinnam. fort. ā ℥iſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Syr. c̄ Roſ. ſicc. ʒvj. m.
Reſolutas Inteſtinorum vires recreando; lubricitatem modicè corrigendo; & materiam acrem lenitèr ſubducendo, alvi profluvio feliciſſimè medetur.

*Potio Sancta.*

℞ Gum. Guaiaci pulv. ℥iſs. diſſolve in Vitello Ovi, & adde Aq. Cinnam. fort. ℥ſs. Aq. Fumar. ℥iſs. Syr. Roſ.Sol.℥ſs. m.
Eodem modo ex quibuſlibet Reſinis parari poſſunt potiones.
Contra Arthriticos, alioſque vagos dolores ſpecificè valere dicitur. Purgat fortitèr, & cum aliquali moleſtiâ per Inferiora, nonnunquam etiam per Superiora.

*Potio Vulneraria Arcæi.*

℞ Rhab. ʒſs. Rub. Tinctor. Mumiæ ā ℈j. Terræ Sigill. ℈ſs. Aq. Scabioſæ, Bugloſ. Succi Granator. ā ℥j. m.

*Potio VVarvvicenſis.*

℞ Scammon. Sulphurati, Antimon. diaph. Crem. Tart. ā ℈ſs. Aq. Cichor. ℥iiſs. Aq. Cinnam. fort. ʒij. Syr. Reſ. Sol. ℥i m. f. potio albeſcens, jucunda.

Antimonium Diaphoreticum (ut habet Zvvelſerus) tractu temporis Aeri expoſitum, pravam, & quaſi malignam induit naturam, ſumptùmque intra corpus, Cordis anguſtias, Cardialgias, Leipothymias, Vomitus, & ſimilia prava Symptomata procreat: Quæ facilè tamen evitabimus, ſi vel ſingulis. duobus, vel tribus menſibus, recentèr illud conficiamus. Vel jàm paratum vetuſtum, addita portiunculâ Nitri (aut etiàm abſque illo) per unam, vel alteram horam, Vulcano tradamus, penituſque igniemus, Iterumque (ſi Nitrum additum fuerit) edulcoremus, & parùm reverberemus.

Certum eſt (inquit Hofman) Antimonium Diaphoreticum aliis ſociatum Purgantibus, minorem illorum doſin majori compenſare virtute, abſque, ullis Ventris torminibus. v. g. Si Rad. Gialap. ℈ſs. adjungas gr. iij. vel iv. Antimonii Diaphoretici, energia doſin æquabit ℈j. Radicis Gialappæ.

Adeo inviſa (inquit Riedlin Obſ. 91) nonnulis fuere Medicamenta Antimonialia, ut Romæ Pulveris Cornachini uſum ſub pænâ damnationis ad Tirriremes prohibitum fuiſſe Hier. VVelſchius memoret. Atque tam variæ & incertæ operationis eſt Antimonium diaphoreticum, ut ſemiſcrupulus ejuſdem Mulieri exhibitus ſupra viginti ſedes, & aliquot Vomitiones concitaverit; Iuveni vero eadem doſis nil præter ſudorem moverit.

Hæc Potio Viribus haud multù diſcrepat à pulvere VVavvicenſi: inter cætera veró, Febrium Tertianarum raró fallax remedium eſt, ſi detur duas horas ante Paroxyſmum: aliquando vomitionem ciet.

Po-

*Potûs Linoſi Refrigerantis* lib.ij.

℞ Vin. Rhen. (vel Alb. Gall.) lib.ſs. Aq. font. lib.j. Spir. Vini Gal. Rob. Ribium ā ℥j. Succ. Limon. recens expreſs. ℥ij. Syr. è Rub. Ideo ℥iv. m. col.

Solamini eſt. febricitantibus æſtu & Siti torrefactis.

*Ptiſana.*

℞ Rad. Gram. ℥iij. Glycyrrh. Raſ. cc. Ebor. ā ʒij. Paſſul. Sol. ℥iſs. Coq. in Aq. Hord. depur. lib.iv. ad lib ij col. diſſol. Sal. nitri ℈iv. Syr. Viol. ℥j. m.

Febricitantium potus eſt ſatis jucundus, ſitim tollens, fervores mitigans, Pulmones demulcens, & Vrinam movens.

*Pulv. contra Abortum* ʒvj.

℞ Granor. Chermes ʒj. Sant. rub. Rad. Torment. ā ʒſs. Garyoph. Margar. Coral. rub. ā ℈j. Manûs Chriſti perl. ʒiij. Fol. Aur. N. iij. m. f. pulv.

*Pulvis Acidus.*

℞ Tart. Vitriolati ʒij. Crem. Tart. ℥ſs. Ol. Garyoph. gut. vj. Sacch. Roſ. ʒiij. m. f. pulv. pro vj. Doſibus.

Hujuſmodi pulveres plurimi habentur apud nuperum quendam, qui omnes ferè morbus Acidis expugnabiles eſſe credere videtur.

*Pulv. Alexipharmaci* ℈j.

℞ Lap. de Goâ, Lap. Contray. Pul. è chel. Cancr. comp. Rad. Serp. Virg. ā gr. v. m. f. pulv.

Malignis Peſtilentibuſque Febribus adverſatur: Spiritus erigit; & ſudorem ciet. Nollem ut huic nobili Pharmaco vitio vertatur, quòd ex tàm numeroſâ rerum ſupellectile ſit conflatum. Alexipharmaci enim vis

non

non in hoc ſolùm conſiſtit, quod ſit ob ocultam quandam qualitatem Veneni antidotus, & totâ (ut aiunt) ſubſtantiâ ei adverſarium; ſed potiſſimùm quòd Fermentatiooem in corpore de novo excitat; undè Spiritus ferè perempti, & ſubſidentes, denuó ſuſcitantur; & Sanguis in debitâ mixtione ſervatur, à coagulatione & putredine vindicatur, materiamque deleteriam expellit. Ad hujuſmodi verò fermentationem inducendam neceſſarió expetuntur particulæ heterogeneæ ſanguini non miſcibiles; Et quò major eſt numerus ingredientium, eò major identidèm erit heterogeneitas, & conſequentèr fermentatio. Ideoque præſtantiſſima Alexipharmaca (uti Theriaca, &c.) ex ingenti rerum mirè diſcrepantium, farragine comparantur.

*Pul. Ambræ comp.* ℥ij.

℞ Pul. è Chel. Cancr. comp. Spec. Diamb. ā ℥j. Ol. Cinnam. gut. j. m. f. pul. pro vj. doſibus. Ad Cordis tremorem, & Sycopen.

*Pulv. Angelicæ comp.* ʒſs.

℞ Rad. Angel. Hiſpan. gr. v. Ter. Iapan. gr. xv. Spec. de Hyacint. ℈ſs. Ol. Cinnam. gut. j. m. f. Pulv. Vires recreat; materiam ad extra pellit; Inteſtina confortat; Diarrhæam ſymptomaticam Variolis, Febribuſve malignis ſupervenientem egregiè reprimit.

*Pul. Aniſi Comp.* ℥ſs.

℞ Sem. Aniſi, Fenic. dulc. ā ʒj. Cinnam. Nuc. Moſch. Garyoph. croci ā ʒſs. f. pul. pro iv. vel vj. doſibus.

*Pulv. Anthelminthicus.*

℞ Corallinæ præp. ʒj. Æthiop. miner. (ſine igne parati) ʒſs. Ol. Abſinth. gut. iij. m. f. pulv.

Om-

Omnes Pulveres ex Mercurio, vel Antimonio confecti nunquam in liquoribus exhibendi ſunt; partim quoniam ad fundum propria gravitate decidunt: partim etiam quoniam facillimè plicis Ventriculi, vel in Gutture, hærere ſolent, unde noxiæ ſæpe Selivationes, vel continui Vomendi conatus, vel dejectio alvi, oriuntur. At ſub formá ſolidâ recluſi facilius deglutiuntur, & poſtea (mediante Ventriculi fermento) imminuuntur; undè Operationes ipſorum noxiæ præcaventur. Collect. Leyd.

Infantibus dentur gr. xv. manè & veſperi, per tres dies ante Novilunium, & Plenilunium, ad Vermes è latibulis ſuis deturbandos, & enecandos; & poſteà pulv. ſeq. Purg. ad illos, eorumque ſemen, è corpore penitùs exterminandos.

*Pulv. Anthelminthicus purgans.*

℞ Scammon. præp. gr. vj. Rhab. gr. iv. Calomel. gr. v. m. f. pul. pro puero 6 vel 8 annos nato.

*Pul. Arabicus.*

℞ Gum. Arab. Sacch. candi albi ã ℥ſs. Ol. Amygd. dulc. gut. xvj. f. pulv. pro viij. Doſibus. Vide Decoct. Malvæ, & Emulſ. Arab.

*Pul. Aromatici ℥ſs.*

℞ Cinnam. Mac. Nuc. Moſc. Garyoph. Zinzib. ã gr. viij. Sem. Aniſi, Carui, Fænic. dulc, Coriand Bac. Lauri ã gr. xvj. Sacch. alb. ʒij. f. Pul. pro viij. Doſibus.

Quoad vires, coincidit cum Pul. Peptico, quem vide.

*Pulv.*

*Pulv. Arthriticus.*

℞ Herb. Chæmæpit. Abrotani ā ℈ſs. Gum. Guaiaci Sacch. albi ā ℈j. Ol. Saſſaph. gut. j m.

Detur manè, & 4â pomerid. cum Decocto Sancto, ſi patiens ſit temperamenti frigidioris; vel Decocto Sarſæ, ſi calidioris; per totum menſem Martium, & Septembrem; ad præcavendam Arthritidem

*Pulv. Aſtringens.*

℞ Flor. Balauſt. ℈j. Cinnam. Nuc. Moſc. ā gr. iv. Coccinel. gr. ij. Sacch. Roſ. ℈j. m. f. pulv. Ad Diarrhæam ſiſtendam. Sed vide Iulap. Aſtring.

*Pul. Aurantiorum comp.*

℞ Flaved. cort. Aurant. Sem. Cymini ā gr. xij. Caſtor. gr. v. Pip. longi gr. j. Ol. Iunip. gut. j. m. f. pulv.

Ventriculum, & inteſtina confortat; Pituitam corrigit; Flatus diſcutit; Spaſmum ſolvit; & Colicæ (poſt purgantia, ubi ex uſu ſunt, præmiſſa) felicitèr medetur. Sumatur tèr in die; Superbibaturque hauſtus Decocti Febrifugi amari.

*Pulv. Balſamicus.*

℞ Balſ. Tolut. ℈ſs. Benzo. Myrrh. ā gr. v. Balſ. Peruv. gut. j. Sacch. candi albi ℈j. m. f. Pul.

Cum fructu præſcribitur ad Phthiſin diſpoſitis, ubi datur in Pulmonibus impacta materia cruda, & putredinalis, cum Anhelitûs fætore, Orthopnæâ; Tuſſi ſiccâ; Thoracis Lateriſve dolore; Marcore, & virium languore. Propinari optimè poteſt manè quotidiè cum hauſtu Lactis Aſinini.

*Pul. Bezoartici noſtri* ℈iv.

℞ Pul. è Chel. Cancr. Comp. Lap. de Goá, Lap. Contray. Bezoar. Oriental. ā ℈j. Fol. Auri ſs. m. f. Pulv.

*Pul. Capillaris* ℥ij.

℞ Rad. Irid. Florent. ℥j. Rad. Pæon. mar. ℥ſs. Angel. Hiſp. ʒij. Lig. Sant. citr. Nuc. Moſc. Mac. Garyoph. ā ʒſs. Styr. liqu. Balſ. Peruv. ā gut. iv. Ol. Roriſm. Lavend. ā gut. ij. m. f. Pul.

Suaviſſimum ſpirat odorem; & Cucuphæ (quam vide) vires æmulatur: (de Catarrho verò conſulatur Linim. Cephal.) Singulis noctibus inter capillos copioſè inſpergatur; & poſt 24 horas pectine denuò eximatur.

*Pulv. Cardialgici* ℥j.

℞ Cretæ albæ (Aq. Roſ. lotæ.) ℥ſs. Ocul. Canc. Glycyrrh. Sacch. alb. ā ℈iv. Ol. Nuc. Moſc. Garyoph. ā gut. ij. f. Pulv. pro viij. doſibus.

*Pulv. Carminativi* ʒij.

℞ Sem. Aniſi, Fænic. dulc. ā. gr. xxvj. Nuc. Moſch. Cinnam. ā gr. xviij. Pip. longi, Garyoph. ā gr. vj. Maſtic. ℈j. f. Pulv. pro vj. doſibus.

Iiſdem uſibus inſervit ac Pul. Pepticus.

*Pul. ad Caſum.*

℞ Tegul. Hibern. Mumiæ ā gr. xij. Sal. Succini, Sal. cc. ā gr. iij. m. f. pulv.

Zvvelfer verò abhorret à vulgari Mumiá, dum ait, quòd Mumia quæ ad nos hodierná die tranſportatur, Cadavera ſc. nigricantia linteo involuta, ſæpiſſimè fædiſſimâ morte defuncta, nil minus ſunt quàm vera Mumia

mia Ægyptorum; quæ ipſa etiám tantum abeſt ut utilitèr in corpus humanum aſſumi, quin magè plurimùm obeſſe, poſſint.

Vide Decoctum Traumat. & miſt. de Sperm. Ceti, quibus quoad vires affinis eſt, niſi quòd Spiritus magis reficit, & Syncope ſubvenit.

*Pul. Catharticus.*

℞ Reſ. Ialap. Scammon. præp. ā gr. v. Sennæ Crem. Tart. ā ℈ſs. Ol. Garyoph. gut. j. m. f. Pulv.

Haud multúm differt à pulvere Diaſennæ; ſed contractior eſt, & me judice, præſtantior.

*Pulv. Catholici ℥j.*

℞ Sennæ ʒij. Rhab. Ialap. Turpet. Diagryd. ā ʒj. Garyoph. Mac. Cinnam. Zinzib. ā ʒſs.

Doſ. à ℈ij. ad ℈iv.

*Pulvis Cephalicus.*

℞ Pul. de Gutterâ, Cinnab. nativ. præp. ā ℥ſs. m. f. pul.

Pulvis hic eſt ſpecificus in Morbis Convulſivis, Vertigine, Gravedine Capitis, & Cephalalgiâ.

Experientiâ compertum eſt Dolores Capitis pertinaciſſimos, & ferè ad Maniam accedentes (irritis aliis Remediis) ſoli Pulveri de Gutterâ ad ʒj. exhibito cum Brodio è floribus Primulæ Veris Decocto Betonicæ, aut Infuſione Theæ ceſſiſſe.

Satis nota & memorabilis eſt hiſtoria de Puellâ quâdam apud nos, quæ cum Melitæum Canem Scabioſum, rabidumque in lectum ſibi admiſiſſet, ejuſque Salivâ venenosâ, Effluviiſque inſanis contaminatâ, Motibus Convulſivis correpta fuiſſet, Hydrophobiâ laboravit, & nocte dieque, inſtar Canis, involuntariè latravit; Plures Medicos conſuluit; ac tandem (inter alia Re-

media ) hunc pulverem cum Emolumento ſumpſit ; & poſtea priſtinam integramque Sanitatem recuperavit. Hæc communicator.

*Pul. Chalybeati* ℥x.

℞ Rubig. Martis ℈viij. Sal. Chalyb. Croci , Zinz. ā ℈j. Sem. Aniſi ℈v. Mac. ℈iv. Sacch. albi ℈x. m. f. polv. pro xx. doſibus.

Ad Cachexiam , Chloroſin , Obſtructiones , Icterum, Hydropem , & quoſqunque id genus Morbos , qui ā Sanguinis cruditate , & pauperie proſapiam ducunt, Chalybeata ſunt inſtar omnium : eorum enim eſt , novâ fermentatione accensâ , adeò maſſam ſanguineam agitare, conquaſſare, commiſcere, depurare, & exaltare, ut quæ ( globurorum rubrorum ob penuriam ) ferè pallebat , ſenſim fiat coccinea , rutilans , ſpirituoſa , & ſpumans. Inſupèr quæ ( ob ſemicoctam pituitam ubique obſtructiones figentem ) inæqualitèr , hic raptim , illic ægrè circulabat ; jam liberè , & vividè per vel minimos uſquequaque canaliculos fluens refluenſque omnibus corporis particulis nutrimentum , calorem , & vitam benignè imperriat : At verò ea ſi ſit Sanguinis conditio , ut juvenilis iſtius fermentationis omninò ſit incapax , ob principia ſcilicèt inveterata fibras attritas, tonum laxatum , meatus collapſos , & Machinæ corporeæ ſtatum ſeneſcentem , & ruinoſum ; Fruſtrà tunc à Remedio ( licèt generoſo , & præpotenti ) multum adjumenti expectandum. Idem quippè opus eſſet , ac ſiquis Acetum vappidum in Vinum dulce ; aut Roſam emarcidam in florentem reducere conaretur. Aque quoad me , ingenuè profiteor , quòd Praxeos meæ ſeriem attentè retroſpiciens , raro , aut nunquàm inſignem aliquam commoditatem ex Chalybeatorum uſu Senio confectis uſpiàm obtigiſſe memini.

*1 Pul. Colicus.*

℞ Rad. Zedoar. ʒvj. Balſ. Perv. gut. xij. f. Pul. pro xij. doſibus.

*2 Pul. Colicus.*

℞ Sperm. Ceti loti, Sacch. albi ā ʒſs. Pul. Caſtor. gr. iij. m. f. pulv. pro j. doſi.

*Pulv. Conſolidæ. comp.*

℞ Rad. Conſolidæ maj. flore rubro, Muris in clibano ſiccati, Vngulæ Porcinæ, Priapi Cervini ā q.ſ.f. pulv. Ad mictionem in lecto percurandam dicitur expertum & infallibile ſecretum, Detur ℈j. vel ʒſs in hauſtulo Vini albi manè & veſperi per 3 vel 4 dies juxta Novilunium & Plenilunium; atque inſupèr Lumborum & Pectinis regioni applicetur Emplaſtrum corroborans.

Vrinæ incontinentia in Senibus utplurimùm eſt immedicabilis: In Pueris verò ſubindè ſponte ſuâ, ætatis Progreſſu, curatur: Sed neceſſe eſt ut fiat intra 25 annum: Nam ubi tunc non ceſſat, periculum eſt, ne immedicabile malum evadat.

*Pulv. Contrayervæ Comp.* ℈viii.

℞ Lap. Contray. ℈iv. Rad. Contray. ℈ij. Bezo. orient. gr. xxiv. Croci gr. xvj. m. f. pulv. pro viij. Doſibus.

*Pulv. Dentalgicus.*

℞ Nicot. ℈j. Zinz. Flor. Sulph. ā ℈ſs. f. pulv.

Parum hujus in narem dolori oppoſitam Patiens attrahat; & protinùs ſuper lectum ſe conjiciat; tantâ enim acredine illum primò percellet, ut Cerebrum

quaſi

quaſi ictu penetrare, & concutere illi videbitur: vix ſternutationem tamen excitabit, ſed ingentem ſeri quantitatem extrahet: mox ſtuporem leviculum inducet; & dentium dolorem profligare rarò fallet.

*Pulv. Dentrificius Schroderi.*

℞ Pul. Laterum ℥ſs. humectetur per vices Olei Tartari pari quantitate; fiat paſta; cui adde Tartari albi ℥iij. Panis ad nigredinem uſti ʒij. m. f. pulv. quo dentes nigrore, aut virore infecti confricentur, & vino calenti abluantur.

Nunquàm ſanæ Gingive, & quæ cuſpidali figurâ ad Dent is medium aſſurgunt, huncque firmo amplexu retinent, Dentalem lapidem generare ſolent: ſed laxæ, flacc idæ, cruentæ, minuſque aptè Dentibus adhærentes; adeòque externis injuriis ad ſenſilem Dentis partem aditum permittentes; nec commodum nutrimentum ſuppeditantes; ſed prorsùs laudabile pervertentes, hoc malu m inducunt.

*Pul. Diaphoretici* ℈j.

℞ Rad. Serp. Virg. Contray. Angel. Hiſpan. ā gr. v. Myrr. gr. iij. Croci gr. ij. m. f. Pulv.

*Pulv. Diaſulphuris* ʒvj.

℞ Flor. Sulph. tart. alb Benzo. ā ʒj. Sem. Aniſi, Rad. Ireos Florent. Glycyrrh. ā ʒſs. Enulæ, Croci ā gr. xv. Sacch. candi albi ʒij. m. f. Pulv. pro ix. doſibus.

1 *Pul. Diuretici* ℥ſs.

℞ Lap. Prunel. ʒj. Teſt. Ovor. calcin. ℈ij. Sal. Succini ℈j. Sacch. albi ʒij m. f. pulv. cujus doſis ʒſs. vel ℈ij. Vide Iulap. Diuret. Nitroſum.

2 *Pul.*

*2 Pul. Diuretici* ℥ij.

℞ Sem. Aniſi ℥iſs. Sal. Succini ʒſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. iij. f.m. Pul. pro iij. Doſibus.

Optimus Salem Succini tum conſervandi, tum exhibendi modus eſt, ut cum Salis Nitri duplo miſceatur, inquit VVillis.

*Pulv. Edulcorans.*

℞ Ter. Lemn. ℈j. Coral. rub. Ocul. Cancr. Teſt. Ovor. Teſt. Oſtrear. ā gr. v. m. f. pulv.

Vbicunque datur Acidum in Ventriculo, & Inteſtinis, hujuſmodi Abſorbentia, & Concentrantia locum habent: Vtrùm verò illud unquàm deprehendatur extra primas vias, necnè, nondùm ſatis compertum habeo. Obſervabile quidèm eſt Iuſcula carnea, ſi diú ſint (ad corruptionem) aſſervata, aceſcere; exindeque probabile forsàn ducatur argumentum, ſuccos in corporis receſſibus occluſos & corruptos aciditatem contrahere: Hoc verò ſi conceſſerim, nullatenus tamèn ſequitur, Edulcorantia Terrea tales ſuccos tam longè diſſitos corrigendo paria eſſe; quippè quorum vis omninò in primis viis abſumi ſolet: adeòque in ſanguinis maſſam, & corporis habitum pervenire nequit. Si Experientiam conſulamus, certiſſimum eſt, Infantes Acido nocivo in Viſceribus abundare ſolere; magnamque partem morborum eos affligentium ab hoc fonte eſſe deducendam; eorumque Curationem conſequentèr à Teſtaceis, & Cretaceis omninò eſſe petendam; atque tàm pecularia huic ætati hæcce eſſe medicamenta, ut raró Pueris conſultò, & ſufficienti quantitate exhibita novi, quin laudabilis exindè effectus ſequeretur. E contrà verò æque raró Adultis utilitèr data memini. Ratum ergò habeo, Teſtacea Pueris, & primis

mis viis ; minimè autem Adultis , Sanguini & Succis appropriata eſſe remedia.

*Pulv. Emmenagogus.*

℞ Borac. Ven. gr. xv. Myrrhæ gr. xij. Croci gr. iij. Ol. Garyoph. gut. j. m.f. Pul.

Iiſdem pollet viribus ac Decoctum Emmenagogum; & cum eo feliciter exhibetur.

*Pul. Epidemii* ʒij.

℞ Troch. Viper ʒj. Rad. Serp. Virg. Contray. ā ʒſs. m. f. Pulv.

Valet non tantùm ad Febres malignas reprimendas; ſed etiàm ante Paroxyſmum exhibitus ad Intermittentes profligandas.

Doſ. à ℈j. ad ℈ij.

*Pul. Euphragii Comp.*

℞ Eupharg. ʒiij. Mac. ʒj. m. f. Pulv. ſubtilis de quo cochlear medium ante cibium deglutiatur.

Magìs compoſitus ſit hoc modo ℞ Euphrag. ℥ſs. Sem. Fænic. dulc. ʒij. Mac. Nuc. Moſch. ā ʒj. Sacch. ℥j. m. f. pul.

Vidi homines , & decrepitos , ferè ad cæcitatem perductos , hoc Pulvere integræ Viſioni reſtitutos , inquit Montagnana. Sed præter Viſûs debilitatem , eximiè valet etiam ad Capitis dolorem , ſi quotidiè ſub ingreſſum in lectum aſſumatur cum hauſtulo Vini albi.

Caput enim medicamenta imbibit maximè Somni tempore ; quiā tunc Cerebri pori & meatus à Spirituum excurſibus immunes & vacui , ſuccis è Sanguine allatis liberum præbent aditum.

*Pul. Febrifugi ℥ſs.*

℞ Sal. Abſint. ʒſs. Antimon. Diaphor. ʒj. Flor. Chamæm. ʒiiſs. m. f. Pul. pro viij. Doſibus.

*Pul. Filipendulæ comp. ℥ſs.*

℞ Rad. Filipend. Sem. Aniſi ā ʒj. Teſt. Ovor. ʒij. f. omnium. pulv.

*Pul. Gravidarum.*

℞ Croc. Mart. aſtring. ℈ſs. Spicæ Nardi, Spec. de Hyacint. ā gr. v. m. f. pulv.

Ad Vteri laxitatem corrigendam; Sanguinis profluvium prohibendum, & Abortum conſequentèr præcavendum, optimè inſervit. Detur manè & veſperi, cum hauſtu Vini rubri Lisbonenſis.

*Pulvis de Guttetâ.*

℞ Rad. Pæon. Sem. ejuſdem, Dictam. albi, Viſci Querc. ā ℥ſs. Sem. Atriplic. ʒij. Cran. Hum. ʒiij. Coral. rub. præp. Hyacint. præp. ā ʒiſs. Vngul. Alcis præp. ℥ſ. Moſch. ℈j. Fol. Auri ʒj. m. f. pulv.

*Pul. Hæmoptoici ℥iſs.*

℞ Sem. Hyoſcy. Papav. albi ā ʒij. Ter. ſigill. Lap. Hæmatit. ā ʒj. Sacch. Roſ. ʒvj. m. f. pulv.

Vires habet cum Electuario Boyleano communes; & exhiberi poteſt commodiſſimè ad ʒj. cum Lacte Aſinino bis in dies.

*Pul. contra Hæmorrhagiam ℈j.*

℞ Croci Mart. aſtring. ℈ſs. Sang. Drac. gr. v. Alum. gr. iij. Sacch. Saturni gr. ij. m. f. Pulv.

*Pul. Haloſanthini ℥ij.*

℞ Sacch. alb. cryſtallini, Sperm. Ceti ā ℈ij. Ocul. Cancr. ʒſs. Sal. volat. CC, gr. vj. Sal. Succini gr. iv. Laud. Lond. gr. iij. m. f. Pulv. ſ. a. pro 2 doſibus.

Pro Contuſis, & Puerperis.

*Pul. ad Herniam.*

℞ Rad. Sigil. Salom. Rad. Symph. maj. Sem. Aniſi ā ʒj. m. f. pulv.

Effectum edit quatenùs Flatus diſcutit, Tormina ſedat, & partes conſolidat. Infans capiat gr. xv. ter in die. Eximiè valet etiam adverſus tùm Dolorem, tùm Fluxum Hemorrhoidalem. Adulti capiant ʒſs. ex hauſtu Decocti Millefol. aut Stypt. noſt.

*Pul. Hibernicus.*

℞ Tegul. Hibern. gr. xv. Sal. Succini gr. iij. Sal. volat. CC. gr. ij. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m. f. Pul.

Adverſus Pleuritidem, Rheumatiſmum, Contuſionem, & quoſcunque Affectus, ubi Serum Sanguinis in gelatinam concreſcit.

*Pul. Hyſterici ℥ſs.*

℞ Rad. Bryon. albæ ʒj. Rad. Pæoniæ flore albicanti ʒij. Caſtorei ℈ij. Sal. Succini ℈j. Ol. Succini gut. iv. m. f. pulv.

Non tantum Spiritus irritat, & flagellat (quod ſupradicitur de Iulapio Hyſterico) ſed & inſuper eos à copulâ heterogeneâ extricat, & depurat; Cerebrum ipſum firmat; totamque Syſtaſin Nervoſam roborat: atque ideò iſtiuſmodi Hyſtericis, quibus Cerebrum præcipuè affici videtur, & morbus in Epilepſiam tendere minatur; ſummo ſolet eſſe emolumento Doſ. ʒſs.

*Pulv. Incraſſans.*

℞ Rad. Alth. Gum. Arab. Sang. Drac. Glycyrrh. ā gr. v. m. f. pulv.

Conſulatur Decoctum Incraſſans.

*Pulv. Laccæ comp.* ℥vj.

℞ Croci Mart. aſtring. ʒiij. Gum. Laccæ ʒij. Sang. Drac. ʒj. m. f. pulv.

Inſigni Stypticitate gaudet; & propterea contra quaſcunque Hæmorrhagias internas præſcribitur: ſpeciatim verò ob notabilem vim ſiſtendi Vrinam ſanguineam, miris elogiis celebratur. Doſ. ʒſs.

*Pul. Laxans.*

℞ Sennæ, & Crem. Tart. ā q. v. m. f. pulv.

Pharmacum eſt benigniſſimum, alvum leniter, & ſine moleſtiâ ſubducens. Cremor Tartari enim optimum eſt Sennæ Correctorium. Doſ. à ʒſs. ad ℈ij. veſperi.

*Pulv. Majoranæ comp.* gr. xv.

℞ Herb. Majoranæ, Flor. Stæchad. ā gr. v. Nuc. Moſc. gr. iij. Sem. Sinap. gr. ij. Ol. Saſſaph. gut. j. m. f. Pulv.

Cerebri, Nervorumque meatus laxè ſubſidentes aperit; & Pituitâ obſtructos reſerat: Spiritus ſaburrâ onuſtos depurat, & torpidè ſtagnantes exſuſcitat. Ideoque ad Affectos Soporoſos, & Paralyticos exoptatiſſimum eſt remedium, veſperi & manè exhibendum.

*Pul. de Maſtiche comp.* ℈ij.

℞ Maſtich. Olib. Ter. Iapon. Flor. Sulph. ā gr. v. Sacch. candi albi ℈j. m. f. Pulv.

Egre-

Egregii uſus eſt in Catarrho ; & vires Elect. Maſtich. æmulatur. Detur horá 4. pomerid. & horá decubitûs; cum hauſtu Decocti Cynogloſſi, vel Sancti.

*Pulv. Millepedum comp* ℈j.

℞ Millep. præp. gr. xij. Croci, gr. iij. Flor. Benzo. Salis Succini ā gr. ij. Zinzib. gr. j. Ol. Aniſi gut. j. m. f. Pulv.

Præſcriptum novi ad Aſthma, ſed inutiliter; forsàn quià bulliens Sanguis, & fervidi Pulmones frigidiora poſcebant. Attamen verò in Orthopnæá à frigidá, tenacique colluvie (Bronchia opplente) ortá, efficax omninò eſt, & optatiſſimum remedium: Potentiſſimè enim Pituitam Incidit, Dimovet, Expectorat. De his verò conſul. Decoct. & Elect. Expector.

*Pulv. Montagnanæ.*

℞ Membranæ internæ Stomachi Galli ℥ſs. Erinac. combuſti ʒvj. Herb. Agrimon. ʒij. m. f. pulv.

Ad Vrinæ incontinentiam in lecto detur ʒj. cum Vini hauſtulo.

*Pulv. Myrrhæ comp.* ℈j.

℞ Myrrhæ, Sabinæ, Gran. Parad. ā gr. v. Croci gr. iij. Caſtor. gr. ij. Ol. Succini gut j. m. f. pulv.

Eſt inſtar Pil. Puerperarum, quas vide.

*Pul. Nephriticus.*

℞ Rad. Apii, Saxifrag. ā ʒij. Ocul. Cancr. præp. ʒj. Tart. Vitriolati, Lap. Prunel. ā ℈ij. Crem. Tart. ℈iv. Ol. Iunip. gut. iv. m. f. Pulv.

Vrinam ciet; Calculum pellit; Menſes movet &c. Doſis à ℈j. ad ʒj. in Dec. Rad. Althææ.

*Pulv. Nitroſi* ℨvj.

℞ Lap. Prunel. ℨiſs. Cinnab. Antimon. ʒſs. Sacch. albi ℥ſ.. m.f. pul.

In Febribus præſcribitur, ad fervorem, & ſitim temperandum; Vrinamque ciendam. Doſ. ʒj. ex vehiculo grato.

*Pulv. de Nuce Moſchatâ comp.* ℥iſs.

℞ Nuc. Moſc. ℥ſs. Cinnam. ʒij. Mac. Garyoph. Herb. Major. Betonicæ, Roriſmar. Flor. Lavend. ā ʒj. f. omn. pulv.

Stomachum roborat; Pepſin juvat; Cerebrum confortat; & egregii uſûs eſt ubicunque Caput ſympatheticè malè patitur à Ventriculo. Sumatur ʒj. poſt paſtus; & veſperi immediatè ante Somnum.

*Pul. Ocul. Cancr. comp.* ʒij.

℞ Ocul. Cancr. ſubtil. lævigat. ʒj. Crem. Tart. ʒſs. Sal. Abſinth. Sal. Prunel. ā gr. xij. Sal. Succini gr. vj. m. f. pul. in vj. doſes dividendus, bis terve in die exhibendas.

Sanguinis & Viſcerum fermenta ferè deperdita reſtituit; Cruoris liquorem fundit; materiæ Febrilis ſecretionem promovet; & velut præcipitando, verſus Emunctoria deturbat.

*Pulv. Odoriferi* ℥iſs.

℞ Ligni Rhod. ℥ſs. Sant. citr. Flor. Roſ. Damaſc. Rad. Ireos Florent. ā ʒij. Rad. Angel. Hiſp. ℈iv. Mac. ʒſs. Balſ. Apoplect. ℈ſs. Ol. Garyoph. gut. vj. m.f. pulv. craſſus. Ad Spiritus recreandos; & ad Delitias.

*Pulv.*

*Pulv. Odori Damaſceni* lib.ij. ℥v.

℞ Rad. Irid. Florent. lib.j. Cal. arom. Cyperi ā ℥iv. Majoranæ ℥j. Flor. Roſ. Damaſc. Nuc. Moſc. Garyoph. Styr. calam. Benzo. Labd. ā ℥ij. m. f. Pulv.

*Pulv. Panchymagogi* ℥iſs.

℞ Crem. Tart. ʒij. Sennæ ℥ſs. Rhab. ʒiij. Scammon. ʒj. Maceris ʒij. f. omnium pulv.

Hujus pulveris è Pharmac. Leovard. tranſcripti Doſis ſit à ℈j. ad ʒj.

*Pulv. Pavonius.*

℞ Sterc. Pavon. gr. xv. Sal. Succini gr. v. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m. f. Pul.

Specificè valet contra Vertiginem. Exhibeatur veſperi & mane cum hauſtu Decocti Cephalici.

*Pulv. Pectoralis* ℈ij.

℞ Sulph. vivi, Rad. Irid. Florent. Glycyrrh. Sem. Aniſi ā gr. v. Sacch. candi ℈j. m. f. pulv. Viribus certat cum Iulapio Pectorali.

*Pulv. Peptici* ℥ij.

℞ Sem. Coriand. ℥ſs. ſem. Aniſi, Fænic. dulc. ā ℈iv. Nuc. Moſch. ʒſs Cinnam. Garyoph. ā ℈j. Pip. longi ℈ſs. Sacch. albi ℥j. m. f. pulv. pro 16. doſibus.

Commodiſſimè uſurpatur, quando poſt Paſtus adfuerint ægritudo, nauſea, ructus, gravitas, tenſio, inflatio Ventriculi; item Genarum ſuffuſio, Segnities, Somnolentia, Capitis dolor, & cætera id genus Coctionis læſæ & malè peractæ ſigna. Aromatica enim corrigunt Pituitam mucaginoſam in Ventriculo; eamque Sale volatili oleoſo (plus minus acri) incidunt, attenuant;

nuant; rugas Stomachi blandè detergunt; Caloremque nativum reſuſcitant; quibus factis, ſponte redit Appetitus, & Digeſtio. Sumendi modus mihi frequentiſſimus eſt, ut ſuper panem toſtum Vino madefactum inſpergatur, & ſtatim à Prandio, & Cæna comedatur.

*Pulv. Peptici Tartariſati* ℥iſs.

℞ Crem. Tart. ʒiij. Sem. Aniſi ʒij. Garyoph. ʒj. Sacch. Roſ. ʒvj. m. f. pulv. pro xij. Doſibus.

*Pulv. Perlati* ℥ij.

℞ Ocul. Cancr. ℥j. Coral alb. Margarit. ā ℥ſs. m.f. pulv. ſuper Porphyritim in ſubtiliſſimum pollinem lævigandus.

Vſurpatur in Iulapiis perlatis.

*Pulvis Peſtilentialis.*

℞ Antimon. Diaphoret. gr. xv. Sal. CC. gr. iij. Camph. gr. ij. m. f. pulv.

*Pul. Pleuriticus.*

℞ Olib. ℈ſs. Ocul. Cancr. Fl. Sulph. ā gr. v. m. f. Pulv.

*Pulv. Pæoniæ comp.* ℈j,

℞ Cran. Hum. Rad. Pæon. mar. ā gr. v. Cinnab. nativ. ℈ſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m.

E triplici Regno, ſcilicet Animali, Vegetabili, & Minerali coactus hic Pulvis, adverſus Puerorum Affectus Convulſivos egregiam præſtat opem.

*Pulv. Puerorum.*

℞ Ocul. Cancr. ſubtiliſſime lævigat. Sacch. candi albi, Calomel. ā gr. v. Reſinæ Ialap. gr. viij. Ol. Aniſi gut. j. ſimul optimè conterantur.

Inter

Inter operandum, detur pulv. Ocul. Cancr. in Iuſculo Avenacci, ad Tormina præcavenda.

*Pulv. Puerperarum* ℨij.

℞ Borac. Ven. Sperm. Ceti ā ℈ij. Myrrh. ℨſs. Croci ℈ſs. m. f. pulv. pro iv. Doſibus.

*Pulv. Rhabarb. comp.* ℥j.

℞ Rhabarb. Crem. Tart. Sem. Aniſi Glycyrrh. ā ℨj. Sacch. candi albi ℥ſs. m. f. pulv.

Ad Flatus Hypochondriacos Detur ℈j. bis terve in die.

*Pul. Salini majoris* ℥j.

℞ Crem. Tart. ℨiſs. Sal. Tart. Sal. Nitri, Sal. Armon. crudi, Sal. Succini, Sal. CC. ā ℨſs. Teſt. Ovor. crud. & recens calcin. ā ℨii. Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. m. f Pulv. pro viij, xij, vel xvj. Doſibus.

Vrinam potenter ciet,

*Pul. Salini minoris* ℨiij.

℞ Sal. Abſint. CC. ā ℨj. Sal. Succini gr. xxxvj. Camph. Croci ā gr. xij. Ol. Nuc. Moſch. gut. iij. m. f. Pulv. pro xij. Doſibus.

Vſui eſt in Febribus Malignis.

*Pulv. Salivam movens.*

℞ Cryſtal. mineral. ℨiij. Sal. Succini ℨj. Sacch. Cryſtall. ℥ſs. m. & divide in partes æquales N. xxiv.

Teneatur in ore dum diſſolvatur; deinde cum Salivâ expuatur.

*Pulv.*

*Pulv. Sinapeos comp.* ℥vj.

℞ Sem. Sinap. Caryoph. ā gr. xv. Nuc. Moſch. ʒij. Cinnam. Mac. ā ʒj. Herb. Major. Flor. Lavend. Sem. Fænic. dulc. ā ʒſs. m. f. Pulv. pro xij. Doſibus.

Et Ventriculo & Capiti bene facit. Detur poſt paſtus è pane toſto vinoſo.

*Pul. Splanchnici* ℈j.

℞ Cort. Fraxini ℈ſs. Rhab. gr. v. Spicæ Nardi, Croci ā gr. ij. Pip. longi gr. j. m. f. Pulv.

Viſcerum obſtructiones amovet; Fermenta depravata corrigit; Exploſiones ſpaſmodicas reprimit; languidam cibi Appetentiam exuſcitat; Hypochondriorum dolorem & tenſionem alleviat.

Quem admodùm Porrigo, Lepra, *&c.* mineras habent in Glandulis cutaneis; atque licèt externæ ſint, & Remediorum applicationi sàt pateant; nihilominus admodùm ſunt pertinaces, & curatu difficiles; Ità paritèr exiſtimare fas eſt, Affectionem Hypochondriacam mineras habere in Glandulis tùm Ventriculi, tùm interioris receſsûs juxta Arteriarum fines; inibique (ob fermentum aliquod vitioſum eructatum) Chylificationem depravare, & conturbationes ciere. Atque deinde cùm Interna ſit Affectio, & immediatarum applicationum omninò incapax; nil mirum ſi pertinaciſſima ſit, & ferè immedicabilis.

Aſſumatur doſis manè & quarta pomerid. quotidiè per aliquot ſeptimanas ex hauſtu Vini albi.

*Pulv. Sternutatorius.*

℞ Rad. Irid. Florent. ℈j. Helleb. albi ℈ſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m. f. pulv. cui addi poteſt vitriolum alb. ad gr. v.

Ster-

Sternutatoria Cerebrum purgant irritando Spiritus nidulantes in Nervis, quorum extremitates naribus diſſeminantur: Spiritus enim commoti ſpaſmos & motus tumultuoſos ineunt; atque ità humores viſcoſos anteà impactos è locis ſuis excutiunt, & per infundibulum & glandulam pituitariam, è Cerebro in Venas eliminant. Pus verò & putrilago quæ è naribus per ſternutationem ejiciuntur, è glandulis tantùm, & vicinis partibus eliciuntur.

In Rheumaticis Oculorum affectibus, ſine multo rubore & dolore, non eſt cur Errhina prohibeantur. Sternutatoria verò, niſi patiens ſit junior, Oculi firmi, malum adhuc recens, Defluctio mitis, & Inflammatio nula peſſimè audiunt, & omninò vitanda ſunt.

Sternutatoria fortiora manifeſtè Aures lædunt. VVedel. de Medic. fac. p. 88.

*Pul. Stomachici ℈viij.*

℞ Rad. Angel. Hiſp. Herb. Ment. Cinnam. ā ℈j. Mac. gr. xij. Fl. Balauſt. Piper. longi ā gr. iv. Ol. Abſint. gut. j. Sacch. albi ℈iv. m. f. pulv. pro 4 doſibus.

Calefacit, confortat, corroborat, &c. inſtar Elect. Stomachici.

*Pulv. Stomachicus amarus.*

℞ Rad. Serp. Virgin. Zedoar. Gent. Enulæ ā gr. v. Ol. Nuc. Moſch. gut. j. m. f. pulv.

Calefacit, roborat, detergit: & egregium juvamen afferre ſolet, quando propter aſſiduas compotationes, fibræ ſtomachi nimium dilutæ debilitantur; & villæ ejus putrilagine viſcosâ illitæ aggravantur; exindeque cibi faſtidium, & vomitiones matutinæ ſuboriuntur. Detur manè quotidiè cum hauſtu Decocti amari.

*Pulv.*

*Pulv. ad Strumas.*

℞ Sem. Erucæ, Oſſium Gallinæ in clibano ſiccat. ā q. v. m. f. pulv.

Empiricum hoc remedium nunquàm ipſe quidèm præſcripſi; ſed quià quandam novi, cui certiſſimè multum opis attulit, aliis non ſuadere, ſed communicare volui. Sumpſit illa quantum è cuſpide cultelli capi poteſt, bis in die, per longum tempus.

Etmullerus præcipit Medicamenta contra Strumas exhiberi, præcipuè circa Lunæ decrementa.

*1 Pul. Styptici* ℥ſs.

℞ Troch. de Terrâ Lemn. Boli ā ʒj. Lap. Hematit. Sang. Drac. Maſtich. Gum. Arab. ā ʒſs. m. f. pul. ad internas Hæmorrhagias.

*2 Pul. Styptici* ℥ſs.

℞ Croci Mart. Aſtring. Sem. Papav. albi, Hyoſcy. ā ʒj. & gr. xij. Sacch. Saturni gr. xxiv. m. f. pulv. pro viij. doſibus.

*Pul. Tartari comp.*

℞ Crem. Tart. ʒv. Flor. Balauſt. ʒj. Sp. Vitrioli gut. vj. m. f. pulv.

Bilioſos humores in Ventriculum ſuffuſos corrigit; Acidum naturale reſtituit; & tonum laxatum firmat: atque ideò probati uſus eſt quandò colluvies amaricans Nauſeam, Inappetentiam, bradypepſiam, Vomitum, aut Diarrhæam intulit.

Riverius (capite de Concoctione læsâ) ſingularem refert hiſtoriam de ſe ipſo, quòd alvi fluxum per 4 menſes paſſus, tandèm intra paucos dies uſu Aceti integrè liberatus erat. Ille quidem Pituitam

&

& Melamcholiam cauſatur, deceptus (uti opinor) à Dejectionibus, quæ (ob humorum ácredinem, ramenta Inteſtinorum abradentem) pituitosá ſpecie ſpectabantur; cùm revera ad Bilem acerrimam copioſiùs ſuffuſam totum malum fuit rectiùs referendum.

*Pulv. è duplici Tartaro* ℥ij.

℞ Crem. Tart. ℈ij. Sal. Tart. ℈j. Ol. Iunip. gut. iij. Sacch. alb. ℥j. m. f. pro iij. doſibus.

Ad Febres intermittentes profligandas; & ad Vrinam ciendam.

*Pulv. Theriacalis* ʒv.

℞ Rad. Tormentil. ʒij. Angel. Hiſp. Contray. Serp. Virgin. Zedoar. Spicæ nardi, Croci, ā ℈j. Mac. ʒſs. Camph. Opii ā gr. xv. m. f. Pulv.

Per malignitatem (inquit Etmullerus) nil aliud concipere poſſumus, quàm ſummam Acrimoniam, etiàm in minimis interdùm efficaciſſimam; Nervoſis partibus ſenſiliſſimam, & ſummam præternaturalem impreſſionem; Humoribus verò Inſingulari texturá ſuâ Mutationem Putredinalem inferentem. De Alexipharmacorum Operandi ratione Vide Dec. Sacrum.

Vires æmulatur Theriacæ. ℈j. continet Opii gr. j.

*Pulv. Tilingii* ʒvij.

℞ Cryſtal. Tart. Lap. Percar. Ocul. Cancr. ā ʒj. Sal. Succini ʒſs. Sacch. albi ʒiiiſs. m. f. pulv. addendo Ol. Aniſi gut. v.

Pulvis

Pulvis hic ( ut loquitur Tillingius ) Nephriticos ocularitèr juvat ; Tartarum enim , & Lapidem Renum & Veſicæ , cæterorumque membrorum , frangit , & mirabilitèr expellit.

Doſ. à ʒſs. ad ʒj.

*Pulv. Viperarum comp.* ℈j.

℞ Trochiſc. Viperar. gr. xv. Salis Succini gr. iij, Croci gr. ij. m. f. Pulv.

Arcanum magnum habetur adverſus Icterum.

*Pulv. Vvularis* ʒſs.

℞ Terr. Iapon. Flor. Balauſt. ā ℈ſs. Alum. Pip. longi ā gr. v. m. f. Pulv.

Vide Gargar. pro Vvùlā. Modus uſurpandi eſt, ut Linguâ ſpeculo oris depreſsâ , pulvis , ( ope fiſtulæ , ) inſufffletur Vvulæ ; & operatio pro re natâ repetatur.

*Rob. Acaciæ.*

℞ Fruct. Prunellorum ſylveſtrium nondùm perfectè maturorum , q. v. macerentur in Aquâ ad mollitiem : trajiciatur pulpa per cribrum ; factâque ſuperfluæ humiditatis evaporatione , additoque Sacchari medio pondere ; coq. in conſiſtentiam debitam.

Inter potentiſſima Aſtringentia locum (non infimum) tenere , jure merito debet.

*Sacchari Nitrati* ℥iv.

℞ Sal. Prunel. ℥j. Sacch. alb. ℥iij. m. f. pulv.

*Saccharum Perlatum noſtrum.*

℞ Sacch. candi albi ℥iij. Margar. præp. ℥j. m. f. Pul.

Hujus uſus eſt ad Iulapia Perlata minimoperè paranda ad hunc modum; ℞ Aq. quarumvis ℥xij. Sacch. Perl. noſt. ℥ſs. m.

*Saccharum Antiſcorbuticum.*

℞ Succi Cochlear. expreſſi q. ſ. ſervetur in vaſe clauſo ad ſeceſſum fæcum: hic Succus imbuatur Saccharo ſuper lapidem marmoreum poſito; leniter exſiccetur; & iterum imbuatur; & hoc aliquotiès, ſemper leniſſimè exſiccando. Sic habebis Viride Saccharum, aſſervandum in phiolâ auguſti colli, quod irroretur ſæpe cum Spiritu, & oleo deſtillato Cochleariæ: ſic habetur Magiſterium egregium.

Pro doſi quantum capiat cuſpis cultelli in vino diſſolvitur: inde fit hauſtus gratiſſimus Antiſcorbuticus.

Hoc modo cum Abſinthio quoque, & Aliis, procedendum eſt. Etmuller Vol.1 p.1003.

*Saccul. Aromatic. ℥j.*

℞ Cinnam. Nuc. Moſc. ā ʒij. Mac. Garyoph. Sem. Carui, Fænic. d. ā ʒj. f. pul. craſſus pro ſacculo rotundo. His addi poſſunt Menth. ſicc. Mij, Abſint. ſicc. Mſs.

Vino Canarino vel Rubro aſperſus, & calefactus Ventriculo applicetur; ad calorem naturalem reſuſcitandum; Appetitum, & Digeſtionem juvandum; Vomitumque ſedandum.

*Saccul.*

*Saccul. de Cymino ℥v.*

℞ Sem. Cymini, Sem. Mil. ſol. ā ℥ij. Salis ℥j. f. pulv. craſſus pro ſacculo, cum quo calido affricetur Caput.

Ad Catarrhum, Amygdalarum tumorem, Vvulæ relaxationem, & Gulæ inflammationem, uſui eſt.

Præter Serum intra Cranium; Aliud præterea in externis partibus Capitis Excrementum colligitur; maximeque ſub cute verticis, quò Venarum per Faciem & Tempora in Caput irrepentium extrema deſinunt. Quotiès enim hæ vel Sero, vel Humore multo turgent, alimenti reliquias & ſupervacua ſub cute affundunt, quæ præ cutis craſſitie, atque denſitate vaporare vix queunt. Horum coagmentione tantus interdum cumulus fit, ut Tumor mollis promineat, cutem condenſans, eamque à Calvá plurimum disjungens.

Hic certè fons, Hic fomes eſt omnis externæ Deſtillationis, quem miror neminem omnium veterum animadvertiſſe.

Hinc in externas corporis partes fertur Deſtilatio, in Oculos, in Maxillas, in Dentes, in Cervicem, in Scapulas, in Brachia, in Latera, in Dorſum, & Lumbos, in Coxendicem, in Crura, in omnes denique Articulos; eaque omnis ferè externi doloris cauſa eſſe deprehenditur. Hæc Fernelius.

*Sacculis Lateralis.*

℞ Bac. Lauri, Sem. Cymini, Fœnugr. Flor. Chamæm. ā Mj. Furfur. Sal. ā Mij. f. Sacculi duo.

Ad Lateris dolorem externum, caleſiant, & alternatim applicentur. Vbi verò àdeſt Sanguinis ſputum, ab externis calidis cavendum eſt.

*Saccul.*

*Saccul. Stomachic.* ℥ij.

℞ Herb. ſicc. Menthæ ℥ſs. Abſint. Thymi, Flor. Roſ. rub. ā ʒij. Balauſt. Rad. Angel Hiſp. Sem. Carui, Nuc Moſc. Mac. Garyoph. ā ʒj. f. pulv. craſſ. pro Sacc. Iiſdem uſibus inſervit ac Fot. Stomach. Vino rubro auſtero immerſus calidiſſimè adhibeatur.

*Sacculus ad Vvulæ relaxationem.*

℞ Sem. Cymini ℥ij. Rad. Irid. Pip. longi. an. ℥ſs. f. pulv. craſſus, ſacculo indendus, & ſuper Caput applicandus. Vide Linim. Cephal.

*Scuti Cardiac.* ℥iſs.

℞ Rad. Angel. Hiſp. Calami arom. an. ℥ſs. Lig. Sant. citr. Flor. Lavend. Croci, Sem. Carui, Garyoph. Mac. Benzo. Styr. Calam. an. ʒſs. f. omnium pulvis craſſiuſculus carpto goſſypio excipiendus, quocùm & panno ſericeo rubro interpuncto fiat ſacculus, qui Collo appenſus geſtetur ſupra regionem Cordis.

*Scut. Pectoral.* ℥iſs.

℞ Lig. Sant. citr. Rad. Irid. Florent. Calami arom. an. ʒij. Fl. Lavend. Sem. Coriand. Nuc. Moſch. Mac. Benzo. Styr. calam. an. ʒj. Ol. Aniſi, Ol. Garyoph. an. gut. iij. f. Pul. craſſus.

1 *Scut, Stomachic.* ℥iſs.

℞ Rad. Angel. Hiſp. Cal. arom. an. ʒiſs. Herb. ſicc. Ment. Abſint. an. ʒij. Sem. Coriand. Carui an. ʒj. Styr. Calam. Benzo. Cinnam. Nuc. Moſch. Macis, Garyoph. an. ʒſs. f. pulv. craſſ.

*2 Scut. Stomach.* ℥x.

℞ Rad. Ireos Flor. Cal. arom. an. ʒij. Cubeb. Nuc. Moſc. Mac. Garyoph. Styr. cal. Benzo. an. ʒj. Ol. Carui Ment. Rhod. an. gut. ij. Abſint. gut. j. f. Pulv. craſſus.

*Seri Deoppilantis Cong.* ij.

℞ Rad. Polypod. Oxylap. an. ℥iv. Herb. Hepat. Agrim. Cichor. Summit. Lupulor. an. Mij. ſucci Fumar. lib.j. Sennæ ℥j. Tamarind. ℥ij. Seri Lact. Cong. iiſs. coq. ad ij. & ritè depuretur.

*Serum Diæteticum.*

℞ Seri Lactis ope Coaguli Vitulini ſeparati lib.iv. Succi Limon. ℥j. Succi Pomor. acido dulc. recens expreſſ. ℥iv. Sacch. alb. ℥ij. m. & clarific. cum Album. Ovor. N. ij.

Medicamentum eſt jucundiſſimum, & excelentiſſimum ad Effectus ab atrâ Bile, aut Sero muriatico ſubortos. Ventriculum, Parteſque Nutritioni dicatas nimiùm æſtuantes, aut inflammatas humectat, & refrigerat.

Doſis ſit lib. j. quotidie mane per menſem integrum.

Non debet major pro vice parari quantitas quam quæ ſufficiat tribus diebus, nimis diu namque aſſervatum Situm, & acedinem contrahet.

*Serum Lujulatum.*

℞ Lact. lib.ij. Cereviſ. tenuis lib.j. Vini albi lib.ſs. f. Serum poſſeticum, cui incoque Herb. Lujul. Mij. col.

In

In febribus ardentibus, non tantùmilioſos acres humores Ventriculum miſerè torrentes, ſitimque intolerandam, cum languore acerbo excitantes, optimè diluit, & attemperat; ſed etiàm Sanguinem ferventem refrigerat; bullientem reprimit; craſsè contextum liquat; & recrementa aduſta per urinam exterminat. Bibatur affatim ad libitum.

*Serum Purgans Hyſtericum.*

℞ Rad. Bryon. albæ ℥j. Sennæ, Agar. ā ℥ſs. infunde leni tepore per noctem in Seri lact. lib.iſs. manè coq. ad lib.j. ſub finem addendo Sem. Carui ℥ſs. Mannæ ℥ij. col. diſſol. Syr. de Artemiſ. ℥ij. m. pro iv. doſibus.

*Serum Scorbuticum.*

℞ Cochlear. Plantag. ā Mij. Becab. Fumar. Naſturt. aq. Acetoſæ ā Mj. contuſ. adde Seri Lact. lib.ij. Liquor expreſſus coquendo depuretur.

*Serum Spleneticum.*

℞ Seri Lact. lib.iij. Epith. ℥ij. Rad. Helleb. nig. ʒiſs. Mellis ℥ij. infunde xij. horas deinde coq. ad lib.ij. col. adde Aq. Cinnam. ℥ij. m.

Doſ. ℥vj. bis in die.

*Serum Tamarindinatum.*

℞ Tamarind. ℥ij. affuſis cochlearibus aliquot Lactis, agitetur in mortario donec emolleſcat: dein injiciatur in Lactis bullientis lib.ij. & ſeparetur (per colaturam) coagulum.

Aliquantò acidius eſt, quàm illud Lujulatum; ideoque potentiùs ſitim tollit; ſed quià minori quantitate ſumi debet, non tàm efficaciter Sanguinem diluit.

Porrò prius illud magis eſt ex uſu ; ſi metuatur Diarrhæa ; uti hoc ſi alvus ſit nimis occluſa. Propinentur ℥iv. tèr, vel quatèr in die.

*Sinapiſmus.*

℞ Medullæ Panis albi ℥ij. Farinæ Sem. Sinap. ℥j. Ol. Garyoph. gut. xxxij. Aceti ℥iij. Mellis q. ſ. m. f. Catapl.

Hodiè ob frequentem Epiſpaſticorum uſum, Sinapiſmi in deſuetudinem ferè abierunt; ſed (ſi quid ego judicem) immeritò, ſiquidem.

1. Advocant Spiritus, & Humores ad partem vacillantem; illiuſque tonum reſtituunt; atque adeò in Paralyſi, Atrophiá, Gangrænâ &c. magnoperè proſunt.

2. Atrahunt ex alto ad ſuperficiem: ideoque in Doloribus Iſchiaticis, altè jactis, Tumoribus Peſtilentialibus, &c. ex uſu ſunt.

3. Revellunt à parte affectâ; atque hoc nomine, dolore Capitis, Dentium, Oculorum, affectis; item Hyſtericè & Convulſivè membro aliquo particulari laborantibus, ſubſidio ſunt. Et (quod non nihil eſt) quotieſcunque Arthritis, Metaſtaſi factâ, *ατρόως* & periculosè in Caput, aut Ventriculum irruit, Sinapiſmi Pedibus aplicati, ad illos eam fortiter (ſi quid aliud) revocare poſſunt.

Ab opplicato Sinapiſmo pars eſt ſæpè inſpicienda; namque non tamdiu ſuper partem relinquendus erit, dum Tumorem, Dolorem vehementem, aut veſicas exiſtet, ſed ſolummodò donec pars digito preſſa non albeſcat; ſed rubicunda permaneat.

*Smegma Cephalicum.*

℞ Sapon. Venet. raſ. ℥ij. Ol. Roriſm. Lavend. Nuc. Moſch. ā gut. xvj. Ol. Garyoph. Orig. ā gut. viij. Aquæ parum;

parum: ſtrenuè diuque contundantur in Mortario marmoreo; & formentur Pilæ ad Caput lavandum manè quotidiè.

*Spiritus Antiſcorbuticus.*

℞ Cort. Guaiaci ℥vij. Cort Aurant. ℥v. Bac. Iunip. lib. j. Sem. Dauci vulg. ℥vj. Sacchari lib.vj. Aq. com. lib. L. Fœcum Cereviſiæ q. ſ. fermententur ſimul 12 dies; poſtmodum adde Sem. 4. calid. major. ā ℥j. deinde peractâ fere fermentatione, adjice Herb. Cochlear. Mxij. Becab. Miij. Naſturt. aq. & Indici ā Miv. Rad. Raph. ruſt. ℥ij. Lig. Saſſafr. ℥iij. poſtea fiat Deſtillatio, & Rectificatio ſ. a.

In Scorbuto frigido convenit. Acidum infringit; Flatus diſcutit, &c. Doſis à ℈j. ad ʒj. in vehiculo.

*Spiritus Carui Comp.*

℞ Spir. Vini Gal. lib. ij. Sem. Carui candefact. lib. ſs. Spec. Arom. Roſ. Lætif. Galeni ā ℈ij. infunde 14 dies Col. adde Moſch. & Ambr. griſ. (in nod. lig.) ā gr. ij. Aq. Naphæ ℥iv. denique admiſce Fol. Auri. q. v.

*Spiritus Vini Camphoratus.*

℞ Spir. Vini rect. lib. j. Camph. (cum parum ejuſdem Spiritûs ſuper porphyritim tritæ) ℥iſs. ſtent in digeſtione leniſſima, donec Camphora tota ſit ſoluta, & cum Spiritu exactè unita.

Quidam addunt Spiritum Salis Armoniaci.

In Febribus Malignis cum Vigiliis, Delirio, Convulſionibus, Camphora Spiritus debitè & ordinatè expandere; eoſque ad blandam quietem diſponere, creditur. Diaphoreſin, & Diureſin promovet. In Furore Vterino, Gonorrhæâ, & Vrinæ ardore paſſim præſcribitur.

Externè valet in Colerâ Iliacâ paſſione, Colicâ: in inflammatione, Eryſipelate, Ambuſtione, Gangrænâ, odontalgia, Faciei maculis, & Articulorum doloribus.

*Succus attemperans.*

℞ Herb. Tarax. q. ſ. in maſſam contuſ. pon in ollâ fictili vitreatâ cum operculo, quæ clibano (poſt panes extractos) indita ſtet 6 horas; dein maſsâ in colum effuſâ, liquor clarus effluat.

Quibus contingit Ventriculum habere frigidum, imbecillem, cruditatibus & ructibus obnoxium, ij. omnes à ſuccis crudis abſtinere debent: ideoque talibus convenientiſſima Succorum parandi ratio eſt, ut in clibano coquantur.

Hoc ſimplex medicamentum Sanguinem & Humores diluit; eorumque acrimoniam corrigit: Scorbuto calido imprimis idoneum eſt; & Affectibus cutaneis egregiè medetur. Bibantur ℥iv. vel vj. tèr, vel ſæpiùs in die.

*Succus Cochleariæ Vinoſus.*

℞ Fol. Cochlear. hort. ſub ſereno cælo collect. q. v. Succo è contuſis expreſſo, dolium iv. Congiorum impleatur; floribus Cereviſiæ cochl. ij. impoſitis, per duos dies fermentare ſinatur: deinde vas occluſum in cellâ vinariâ per ſex menſes collocetur. tunc liquor clarus, ac inſtar Vini Hiſpanici flaveſcens, in Vtres exhauriatur; ac uſui ſervetur. Per plures Annos incorruptus perdurat, inquit VVillis.

Ad Affectus Scorbuticos a Sanguinis ranciditate ortos. Paralyſin, Hydropem, vagoſque dolores, propin. ℥iij. vel ℥iv. bis in die.

*Succus Hæmorrhoidalis.*

℞ Succi Millefol. depur. lib. j. Sacch. albi ℥ij. m.

Si ex virium proſtratione; ſqualenti corporis habitu; & colore ad citrinum vergente, certò cognoſcatur, Hæmorrhoidum fluxum eſſe immodicum; & moderari debere; Hoc parabile Stypticum (debitis aliis non omiſſis) in ſubſidium venire poteſt: atque magni cujuſdam Medici magnum fuit Secretum. Doſ. ℥iij. bis in die. River. ait Decoct Millefolii in potu ordinario per triduum exhibitum, Hæmorrh. dolorem felicitèr diſcutere.

*Succus Hydropicus.*

℞ Fol. Plantag. virentium Miv. Hepaticæ Becabungæ ā Mij. ſimul contuſis affunde Aq. Raph. comp. tenuis lib.ſs. f. expreſ. fortis.

Cl. VVillis aſſerit, ſe ſæpè cum ſucceſſu præſcripſiſſe ℥iij tèr in die.

Succi pro uſu medico aſſervantur tribus imprimis modis.

1. Affuſo oleo Olivarum, mediante quo, à mucore per tempus præſervantur.

2. Poſt aliqualem Phlegmatis exhalationem, & deſpumationem, & ad quartæ partis (coquendo) conſumptionem, addendo Succi lib.j. Spir. Vini ℥ij. vel ℥iij.

3. Per reſidentiam ſpontaneam depurati ſucci immitantur vaſis halitu Sulphureo conditis. Nimirùm tæda Sulphurea incenſa immittatur vaſi; ita nebula alba totam lagenam implebit. Hoc tamdiu fiat, donec à fumo Sulphuris extinguatur; inde claudatur. Ità per longum tempus Succi commodè conſervari poſſint. Hic modus omnium optimus eſt.

Succorum

*Succorum Scorbuticorum* lib.vj.

℞ Suc. Plant. Becab. Naſt. aq. Dent. Leon. ā lib. j. Acetoſæ, Limon. Vini albi á lib ſs. ſtent in frigido ad ſubſidentiam: liquori limpido per Incerniculum decantato adde Aq. Raph. comp. Ap. Lumbric. Magiſtr. Sacch. albi ā ℥iv. Sp. Cochl ʒvj. m.

Herbarum Succi Sanguinem ſalſum, aſperum, torridum, irritabilem egregiè diluunt, edulcorant, purificant, emolliunt; Recrementa Salina & Bilioſa per Vrinam amandant; Hypochondria valdè æſtuantia refrigerio perfundunt; Habitum Corporis arefactum & ſtrigoſum, molli humore reficiunt: Atque (me judice) in Antiſcorbuticorum familiâ facilè primas obtinent; eoque magis quòd nullâ coctione, aliove artificio nequam detorti, in Sanguinem naturali indole, & integrâ virtute transferuntur.

Vere autèm magis ſunt proficui, quam aliis anni temporibus; ideque non tantùm quià tunc Natura in corporibus humanis *Zimoſin*, & renovationem ſanguinis ex ſe inſtituens facili negotio poteſt adjuvari; ſed & inſupèr quià Succi ipſi ſunt reverà longè efficaciores; uti obſervat Sim. Paulli inquiens; Quod Verno tempore Sebuticæ herbæ maximè ſeſe ſale volatili commendant; veluti *dokimaſia* eſt, quòd ubi Eſſentiam, Tincturamve ex iis ſub finem Aprilis, aut initium Maii præparemus; ea inſtar Vini Chii aut Malvatici rubeſcat; aliis anni temporibus non itèm. Propin. ℥iv. manè & 4 pomerid.

*Suffitus ad Ani procidentiam.*

℞ Thuris Maſc. Succini Garyoph. ā ʒſs. Flor. Roſ. rub. Balauſt. ā ʒij. f. Pulv. craſſus, cujus accenſi fumus per ſellam perforatam accipiatur.

Ita

Ita uſus & conſuetudo voluerunt; quoad me vero, vix animum adduxi, ut credam Fumum Balauſtiorum, aliorumve quorumvis Aſtringentium Vegetabilium, vim Aſtringentem retinere poſſe.

*1 Suff. ad Catharrum* ℥ſs.

℞ Olib. Succini Benz. Styr. Calam. Gum. Guaici, Balſ. Tolut. ā ℈ij f. pulv. craſſus.

Si Catarrhus induxerit Aſthma, vitentur Suffitus, ob Suffocationis periculum.

*2 Suffit. ad Catarrhum* ℥j.

℞ Gum. Guaiaci, G. Junip. Maſtic. Benzo Myrrhæ, Auripigmenti ā ʒj. Balſ. Peruv. gut. xvj. Garyoph. ʒij. m. f. pulv. craſſus pro ſuffumigio Capitis.

*Suff. Odoriferus.*

℞ Benz. ℥j. Styr. calam. ℥ſs. Labdani ʒij. Moſch. Ambr. griſ. ā gr. iſs. Mucilag. Gum. Tragac. q. ſ. f. Trochiſci, ex quibus pro libitu, additis ſolummodò Carbonibus Salicis, candelæ Odoriferæ formari poſſunt.

Nonnulla (inquit Zvvelferus) ſunt per ſe ſatis odorata, quæ carbonibus vivis inſperſa tamen Fætorem penè ſpirant: ità Cinnamomum Garyophylli, Sem. Coriandri, Sem. Nigellæ, Roſæ, imò & Moſchus ipſe, ſi vivis carbonibus immiſſus citò comburatur, malè olere ſolet.

*Suffitus Phthiſicus.*

℞ Cort. Piſtach. Myrrhæ Succini ā ʒij. Sulph. vivi, Auripigmenti ā ʒj. f. pulv. craſſus, cujus, in prunas candentes conjecti, fumus, ope infundibuli inverſi, in Pulmones inſpiretur.

Dùm

Dùm extraneis ſuccis perfunduntur, & replentur Pulmonum parenchymata ; Suffitus fortiores neutiquàm uſurpandi: leniorum verò uſus, eo tempore, non prætermittendus, inquit Bonnet.

Suffitus non ſtatim ab eroſo vaſculo, aut Viſceris parenchymate, ſubmoveantur ; ſed poſt dies 14 ad minimum, à ſedatâ Hæmoptyſi, inquit Idem.

Suffituum, & Vaporationum adminiſtrationes interdum (inquit VVillis) in Phthiſi nondum deploratâ, plus quàm alia quævis remedia prodeſſe ſolent ; quatenùs nempè Pulmonem ipſum attingunt ; adeoque affectione immediatâ, expurgant, exſiccant, à putredine vendicant,corroborant; ejuſque ductus aperiunt.

*Suffitus ad Teneſmum.*

℞ Capit. Papav. albi ℥ſs. Herb. Verbaſci Mſs. Flor. Roſ. rub. Balauſt. Thuris ā ʒſs. Maſtich. ʒj. f. Pulv. craſſiuſculus, cujus in prunas conjecti Fumus excipiatur per Cathedram perforatam.

*Suffitus ad Vteri prolapſum.*

℞ Scarabæor. ʒiij. Pellicul. Anguill. minutim. conciſ. ʒj f. pulv.

Opinio communis de Procidentiá Vteri falſa eſt ; revera enim hic affectus nil aliud eſt quam, 1. vel Vagina Vteri tota nimis relaxata, aut extenſa foras propendens; vel 2. Membrana vaginæ adeo relaxata, exeſa, aut eroſa, ut extra Vulvæ labia repræſentet corpus amplum retundum, auguſto collo annexum ; quod Collum ulteriùs intra ſinum pudoris ſe abſcondit.

*Suppoſitoria.*

℞ Mellis ad conſiſtentiam juſtam (id eſt, uſque eo dum digitos amplius, non inquinet) Sal. communis

(vel

( vel Gemmæ ) Pul. Aloes ( vel Hieræ pic. ) ã q. ſ. f. Suppoſitoria duo.

Suppoſitoria & Clyſteres Motum Periſtalticum Inteſtinorum ſurſum vergentem deorſum proliciunt ; unâque operâ efficiunt, ut minùs arctè Ventriculi fibræ circulares conſtringantur.

Non ſemel obſervavi in vivorum ſectione, ( & in Fæminâ cui ( ab annis ) Inteſtini portio extra Abdomen nuda propendebat ) Inteſtinorum motum ſursùm, deorſumque tendiſſe, prout vel in parte ſupernâ, vel infernâ etiam leviculè illa pupugi ſtylo citra vulneris inflictionem.

VVepfer. de Cicutâ aq. 325.

*Syrupus albus.*

℞ Aq font. puriſſ. lib.ij. Sacch. alb probè depurati lib.iij. coque ( diligentèr deſpumando) ad debitam conſiſtentiam.

Syrupum hunc ſimplicem in officinâ ſempèr aſſervandum jubeo : idque non propter medicamentoſam aliquam ejus qualitatem ; ſed partim ( quià vilis eſt pretii ) ut cum eo formulas componerem ; ſc. Electuarium de Cortice, Miſt. Iunip. Maſſ. Pilul. & ſexcenta alia ejuſmodi, ubi nil de Syrupo vellem præter Conſiſtentiam, aut Edulcorationem.

Et partim ut Medicamenti colorem præſervarem; ideoque cum illo Emulſionem Balſamicam paro : atque ut alios proferam caſus. Si quandò ſpiritum cc, aut ſp. * alicui Iulapio immiſcendum præſcriberem ; cùm Syrupus Caryophyllorum turpitèr nigrum, Violarum viridem, ſſ. Paralyſeos fuſcum, liquorem redderet ; Hic, è contrà, Syrupus nullum colorem ingratum inducet, aut medicamenti faciem immutabit.

Aliqui

Aliqui volunt, ut inter coquendos Syrupos, dum bulliunt, parum Mellis addatur: ità ſiquidem, optimè deſpumabuntur; durabilem conſiſtentiam tuebuntur; & à Sacchari coagulatione præſervabuntur.

*Syr. de Allio.*

℞ Radac. Allii (pellicul. denudat, & in taleolas inciſ.) Sem. Aniſi contuſ. ā ℥ſs. Rad. Enulæ ʒiij. Glycyrrh. ʒij. Spir. Vini Gall. lib.iſs. digere clausè, & calidè, 2 vel 3 dies. Colaturam claram, & ferventem inde diſculo argenteo: adde Sacchari albiſſ. lib.iſs. Vaſe prunis ardentibus ſuperpoſito, liquorem flammâ admotâ accende; & dum efflagrat, agita radicula. Tandem trajice per colum laneum VVallicum.

VVilliſianus eſt: ſæpè paratum curavi: & utilem deprehendi. De Allii verò viribus conſule Lohoch. de Allio.

*Syr. de Ammoniaco ſimplex.*

℞ Gum. Ammon. (ſuper ignem in Aq. font. ℥j. ſolut. & col.) ℥ſs. Syr. Alb. ℥ix. ſenſim & ſ. a. commiſceantur.

Validiſſimè incidit, attenuat, detergit, expurgatque Pulmones; Strenuè confert inveteratis affectibus craſſæ, lentæque pituitæ ortum debentibus. Tuſſi laborioſæ, Empyemati, quinetiàm Peripneumoniæ, & Pleuritidi jam inclinatæ occurrit. In Aſthmate verò ſpecificè opem ferre perhibetur.

*Syrupus Aſthmaticus.*

℞ Flor. Digital. (menſe Maio collect. & non ſiccat.) N. 200 (vel ℥ij.) Aq. Hyſſopi, Puleg. ā lib.ſs, f. Infuſ. calida & clauſa hor. j. col, adde Glycyrrh. ℥ſs. Rad. Enulæ camp. Sem. Aniſi ā ʒj. Agar. (nodulo

ligati)

ligati) ℨij. f. denuo infuſio calida hor. j. col. ejus ℥xj. diſſolve Sacch. alb. ℥xviij. & in col. ſine ſaccharo aſſervatæ ℥j. diſſolve Gum. Ammon. ℥ſs denique utraſque colaturas miſce & adde Tinct. Benzo. ℨiij. m.

Doſ. cochl. j.

*Syr. Balſamicus.*

℞ Balſ. Tolut. ℨvj. coq. (non deſpumando) in Aq. font. ℥xx. ad ℥xij. tunc adjice Sacch. depuratiſſimi lib. j. & ſine ulteriori coctione f. Syrupus qui cum refrixerit coletur

*Syr. Boyleanus.*

℞ Rad. Symph. maj. ℥vj. Herb. Plantag. Mxij contuſis exprimatur ſuccus, cui adde Sacch. pondus æquale, & f. Syr. ſ. a.

Hoſpitem in Medicinâ eum eſſe oportet, cui non innoteſcit quam fortiter hic Syrupus Hæmoptoicis ſubvenire ſolet.

*Syrupus Chalibeatus.*

℞ Vini albi lib. iſs. Limat. Chalyb. ℥iſs. Tart. alb. pulv. ℨvj. Cinnam. Nuc. Moſc. ā ℨiſs. Mac. Garyoph. ā ℨſs. infunde calidè & clausè in vaſe valdè capaci (alitèr diſſiliet) 4 dies. Col. claræ lib. j. adde Sacch. albi lib. j. f. Syr. ſ. a.

Ferrum (ſecundum Lemery) ad uſus Medicinales longè præſtat Chalybi; quià faciliùs in corpore diſſolvitur, & copioſius Virtutem exſerit.

*Syr. è Chalybis Sale.*

℞ Aq. Cichor. ℥viij. Sal. Chalyb. pulv. ℨij. diſſolve ſuper ignem; dein repone per biduum, ut præcipitetur Crocus: liquori claro effuſo adde Sacch. alb. ℥viij.

℥viij. Ol. Cinnam. & Nuc. Moſc. ā gut. ij. f. Syr. ſ. a.

Solutio Salis Chalybis in Aquâ facta Lacti affuſa, illud minimè coagulat Ideoque Sal iſtud, licet cum Oleo Vitrioli (acido acidiſſimo) paretur, nullam tamen in ſe continet Aciditatem; quod ſatis notabile.

*Syr. è Chalyb. Sale Hyſtericus.*

℞ Aſæ fæt. ʒijſs. diſſolve in Mortario ſine calore in Aq. Hyſter. ℥j. col. adde Syr. è Chalybis ſale ℥xj. m. ſ. a.

*Syr. è Cynogloſſo.*

℞ Succ. Herb. Cynogl. lib. iſs. coquendo purgetur dum inclareſcat; & cum Sacchari albi lib. iſs. f. Syrupus.

Populus Medicorum uno ore vim ſoporiferam attribuit Cynogloſſo: ipſe verò hunc Syrupum licèt millies in uſum duxerim, nullam tamen ejuſmodi ejus virtutem adhuc obſervare potui. Nihilominus egregium eum agnovi, nullique cedentem, ad Defluxiones calidas, acres, tenues, Catarrhoſas; Tuſſimque indè oriundam.

*Syr. Diagrydii.*

℞ Diagryd. pulv. ʒvj. pul. Cinnam. ʒij. Sp. Vini lib. j. uſtulando coq. ad dimid. col. adde Sacch. cryſtallini lib. ſs. f. Syr. ſ. a. cujus doſis ſit ℥j.

*Syr. Diureticus.*

℞ Aq. Perſicar. lib. ij. Lap. Prunel. ℥ij. Sacch. alb. lib. ij. coq. in Syr. Vires habet Iulap. ij. Diuretici Nitroſi.

Si ſpiritus Vitrioli, Sulphuris, Salis, Nitri ipſius, ſimileſve Nitro affundantur; fumum, inſtar. Aquæfortis, excitabunt. Ideoque videndum, ne huic Syrupo

rupo

rupo unquàm, aliiſve Nitroſis, Chymicorum Spiritus Acidi admiſceantur; quià liquorem acerrimum, Ventriculo noxium conficient.

*Syr. de Helenio.*

℞ Rad. Helen. Polypod. Paſſul. Corinth. ā ℥ij. Rad. Glycyrrh. ℥ſs. Herb. Nicot. Virg. ſiccat. ʒij. Tuſſilag. Pulmonar. macul. Satureiæ, Calamint. ā Mj. coq. in Mulsâ, ad lib. iſs. & cum Sacch. tantundem f. Syr.

Magna hujus vis Craſſa attenuandi, Lenta incidendi, Viſcida detergendi, Obſtructa aperiendi: Convenit ergo in Tuſſi laboriosa pectorali; Orthopnæa, & Aſthmate humorali; Empyemate, &c.

*Syr. Incraſſans.*

℞ Aq. Plantag. lib.j. Gum. Arab. ℥iſs. diſſolve, & adde Sacch. albi lib.j. f. Syr. ſ. a. Vid. Decoct. Incraſſ. cujus vires æmulatur. Inſuper externè illitus valet contra Herpetem.

*Syr. de Liquiritiâ.*

℞ Tinct. dulc. Mellis ā lib.j. Ol. Aniſi gut. viij. f. Syr. ſ. a.

Incraſſat, emollit, maturat, acredinem obtundit, Tuſſi Catarrhoſæ medetur. Vbi verò pulmones materiâ craſsâ implentur, & Orthopnæam exindè patiuntur, Attenuantia & Incidentia (qualis eſt Syr. de Helenio) magis ex uſu fuerint.

*Syr. de Malvâ.*

℞ Decocti Malvæ Magiſtral. Sacch. albi ā lib.j. f. Syr. ſ. a. Vires petantur ex dec. Malvæ.

*Syr. de Myrrhâ.*

℞ Myrrhæ ʒij. ( vel ad ſummum ℥ſs. ) teratur cum Sacch. candi rub. ℥iv. fiat in Albuminibus Ovorum diſſolutio eodem modo ac paratur Ol. Myrrhæ per deliquium.

Optimus eſt ad Tuſſim inveteratam, Aſthma, & Vlcus Renum.

*Syr. Nicotianæ.*

℞ Glycyrh. ℥ſs. Herb. Nicotianæ Virgin. opt. ſicc. & conciſ. ʒi. Aq. font. ℥vj. f. Infuſ. calida duas horas. Col. clar. ℥iv adde Mellis ℥ij. Sacch. alb. ℥iv. f. Syrup. ſ. a. cui adde Ol. Aniſi gut. j. Tinct. Benzo. ʒij. m.

*Syr. de Ovis.*

℞. Alb. Ovor. N. iij. Aq. Plantag. ℥vj. ſimul. quaſſatis adde Sacch. alb. optimè depurati pulverati, & creti ℥vj. diu & laborioſè conquaſſando f. Syrupus ſive calore.

Valet contra Tuſſim à Sero tenui, & acri oriundam.

*Syr. de Saſſafrâ.*

℞ Raſ. Ligni Saſſafr. ℥ij. coq. in Aq. font. lib. iij. ad lib. ij. in fine addendo Cinnamomi, Sem. Fænic. dulc. â ℥ſs. cum col. & Sacch. albiſs. ad Tabulat. coct. lib. ij. f. Syr. ſ. a.

Cephalicus, Pectoralis, Cordialis, Stomachicus eſt; & valet contra Catarrhos & affectiones à phlegmate, & frigore ortas.

*Syr. Theriacalis.*

℞ Rad. Conttay. contuſ. Theriacæ Androm. ā ℥ſs. Mithrid. Diaſcord. ā ʒij. Sem. Angel. ʒj. Croci, Coccinel. ā ʒſs. Aq. Lact. Alexit. ℥iv. Aq. Theriacal. Epidem. ā ℥j. Aceti Vini ℥iv. f. Infuſ. calida, & clauſa in vaſe vitreo xij. horas: liquori per ſubſidentiam, & multiplicem tranſcolationem depurato adde Sacch. alb. ad Tabulat. cocti lib.ſs. f. Syr. ſine coctione.

Optimè ingreditur Iulapia Alexipharmaca, vel dentur cochl. ij. in vehiculo appropriato.

*Syr. ad Tuſſim Convulſivam.*

℞ Muſci Quercini Pulmonar. Miv. Rad. Symph. maj. ℥vj. Paſſul. Sol. exacin. ℥ij. Glycyrrh. raſ. ʒiij. Balſ. Tolut. ʒij. Coq. in Mulſo ad lib.iſs. & cum Sacch. q. ſ. f. Syrupus conſiſtentiæ Spiſſioris.

Celebris & efficax eſt contra Tuſſes clangoſas, & convulſivas Puerorum (Anglicè *Hooping-Coughs*) ſi cochl. j. vel ij. propinetur ſæpè in die ante & poſt ſingulos tuſſiendi conatus, vel in Aq. Puleg. vel Decocto Pectorali, per aliquot dies. Ita Communicator.

*Tab. Cardiacæ.*

℞ Rad. Angel. Pul. Diamb. ā ʒſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. iv. Ol. Cinnam. & Garyoph. ā gut. ij. Sacch. (Aq. Mirab. ſoluti) ℥iij. f. Tab.

Languidas, & reſolutas vires reparant: frigidis ventriculi affectibus medentur: Cordis Palpitatione, & Tremore laborantibus ſuccurrunt.

*Tab. Hyſtericæ.*

℞ Ol. Succini gut. viij. Sacc. alb. ℥iv. f. Tab. ſ. a.

*Thermæ*

*Thermæ Sulphureæ.*

℞ Sulph. lib.iij. Tartari cum Nitro calcin. lib.iſs. Sal. com. ℥xij. Coq. in Aq. font. Modiis vij. ad vj. ſub finem addendo Bac. Lauri contuſ. ℥xij. Herb. Roriſmar. Lavend. Majoran. Beton. ā Mxij. col. ad uſum.

N. B. Baccæ & Herbæ commodè coqui in ſaculo, & quotidie renovari, poſſunt; poſt balneationem liquor in dolio aſſervetur.

*Tinctura Alexiteria.*

℞ Rad. Serp. Virgin. Contray. Angel. Hiſp. Ther. Ven. ā ℥ſs. Myrr. ʒij. Croci ℈iv. Coccinel. ℈ij. Tinct. Sal. Tart. lib.j. m. & Digere ſ. a.

*Tinct. Antiphthiſica.*

℞ Pul. Sacch. Saturni, & Vitrioli Martis ā ℥j. Spir. Vini rectif. ℥viij. repone in frigido donec rubeſcat Spiritus.

Bronchiorum tonum laxatum reſtituit: Seri acris admiſſionem inhibet: Vaſorum rupturas reſarcit: Fermentum putredinale debet: Calorem Hecticum reprimit: Et Chirurgicis quibuſdam uſibus (hic non dicendis) egregiè inſervit.

Dentur gut. xx. vel xxx. bis in die in vehiculo appropriato.

*Tinct. Aromatica.*

℞ Spir. Lavend. comp. ℥j. Garyoph. pulv. ʒj. Croci gr. xvj. Pip. nigr. gr. iv. m. dies aliquot ſine calore digerantur. col. Doſ. gut. xx. ex vehiculo idoneo.

Cephalica eſt, Cordialis, Stomachica.

*Tinct.*

*Tinct. Balſamica.*

℞ Balſ. Gilead. Capiv. Peruv. Tolut. an. ʒij. Spir. Vin. rect. lib.ſs. Tinct. Benzo ℥j. digere in M. B. duos dies.

Eo fine excogitabatur hæc Tinctura, ut delicatulis exhibeantur Balſama in compendio, & ſine nauſeâ. Valet ad Pulmonum excoriationes ſanandas, eorumque infarctus expediendos: ad Mictum ſanguineum, & affectus Nephriticos: Doſ. gut. xxx. ter in die in vehiculo idoneo.

*Tinct. Cantharidum.*

℞ Pul. Cantharid ℥ſs. Spir. Nitri opt. ℥j. digere hor. 24. deinde adde Spir. Vini camphorati ℥iij. f. digeſtio per aliquot dies; poſtea filtratio.

Vſurpatur ad Vrinam ciendam; ad Renum & veſicæ Vlcera; Gonorrhœam; & Arthritidem vagam Scorbuticam.

Potentiſſimè omnium (inquit VVedelius Amænit. p. 387.) Vrinam pellunt Cantharides, ob Sal volatile copioſum erodens & ſtimulans. Neque enim tam propter hiſpidas aculeatas partes agunt; quod non nulli pro ratione allegant: nam tritu, & mixtione cum aliis, viſcidis, rotundis, aleoſis, pereunte illâ figurâ, nihilominùs potenter id præſtant: ſed cautè iis eſt utendum, & doſi refractâ. Groenvelt aſſerit Camphoram præſtantiſſimum, veriſſimum, ipſiſſimumque præ aliis, eſſe Cantharidum correctorium.

Doſ. à gut. iv. ad xx. bis in die, ex hauſtu Decocti Malvæ, Syrupo Violarum edulcorati.

*Tinct. Dulcis.*

℞ Succ. Glycyrrh. Hiſp. tenuitèr inciſ. ℥j. Coccinel. ℈ij. Vin. Canar. lib. ij. digere.

Glycyrrhiza in genere laudabile quidem eſt, & vtile medicamentum: hoc tamen illi vituperio vertitur, quòd ſucco conſtat tàm ſpiſſo, & inerti, ut Nauſeam Ventriculo creet; & in ſanguinem ægrè perferatur. Hæc verò Tinctura integras virtutes, ſine vitiis Glycyrrhizæ, feliciter poſſidet; nullas quippè Stomacho moleſtias faceſſit; atque in ſanguinem, & (illius commeatu) in intima Pulmonum, facili negotio, ſubintrat: Serum acre emollit, & obtundit; proindeque vanos, fatigantesque tuſſiendi nixus refrænat: Atque crudum Phlegma Veſiculas, & Tubulos pulmonares obſidens optimè digerit, maturat, & expectorationi aptum reddit. Detur vel cochleatim per ſe; vel in Iulapio pectorali.

*Tinct. Epileptica.*

℞ Caſtor. opt. ℥ſs. Succini flavi in tenuiſſ. pulv. redacti, Croci Angl ā ʒij. Fl. recent. Lil. Convall. ℥j. his affund. Spir. Vini Camphor. Spir. Lavend. Comp. Spir. Sal. Armon. ā ℥iv. Digerantur abſque calore 6 dies in vitro clauſo, poſtea filtretur tinctura, vel decantetur à fœcibus, per colum.

Et ante, & poſt paroxyſmum propinata: atque prope Novilunium, & Plenilunium repetita, Epilepſiam, & Paſſionem Hyſtericam integrè, & miraculi inſtar eradicat. Doſis à ℈j. ad ʒj. in Aq. Ceraſ. nig. Fl. Tiliæ, vel Iulap. Cephalico. Ita Communicator.

*Tinct. Gentianæ.*

℞ Rad. Gent. inciſ. ℥ij. Vini Canar. lib.ij. digere tres dies.

Stomachica, Anticolica, Anthelminthica, Antaplo-plectica, & Febrifuga eſt; atque contra morſum Canis rabidi experta eſſe dicitur.

Doſ. ℥iij. bis in die.

*Tinct. Hyſterica.*

℞ Laud. liqu. Sydenhamenſ. Tinct. Caſtor. ā ℥ſs. Aſæ fæt. ʒij. m. diger. & f. Tinct. ſ. a.

Doſ. gut. xx. ad xxx.

*Tinct. Iaponica.*

℞ Tert. Iapon. pulv. ℥j. Cort. Peruv. pul. ℥ſs. Fl. Balauſt. ʒij. Cort. Granat. ʒj. Garyoph. Coccinel. ā ʒſs. Spir. Vini rect. lib.ſs. Aq. Cinnam. ℥iv. m. f. Digeſtio tepida & clauſa ſ. a.

*Tinct. Gum. Laccæ.*

℞ Pul. Gum. Lacc. ℥ſs. Alum. uſti ʒj. Spir. Cochlear. ultimò extillantis ℥viij. phialâ arctè incluſa digerantur, donec tinctura ſatis rubicunda appareat, quæ leniter effundatur.

Ad Gingivas Scorbuto corruptas ſingulare.

*Tinct. Odontalgica.*

℞ Rad. Pyreth. ℥ſs. Herb. Nicott. ſicc. Flor. Balauſt. ā ʒj. Garyoph. ʒiſs. Pip. nig. ℈j. Camph. ℈ſs. Aq. Regin. Hungar. lib.ſs. Aceti ℥ij. f. Tinct. Col. adde Laud. liqu. (ſine Tart.) ʒij. m.

Vſurpari poteſt unà cum Decocto Sabinæ, cavendo ne deglutiatur.

*Tinct. Pectoralis.*

℞ Liquidambari. Styrac. liqu. Balſ. Peruv. Terebint. Venet. ā ℥ij. Aq. Calc. viv. lib.ij. ad medietatem evaporetur: deinde liquor filtratus ad Mellaginem coquatur: cui Tinct. Sal. Tart. lib.ſs. affundatur: & ad Tincturæ extractionem digeratur.

Ad Pulmones exonerandos, ſanandos, & roborandos.

Doſ. gut. xx. ad xxx. cum hauſtu appropiato.

*Tinct. Purgans.*

℞ Sennæ ℥ iij. Rhab. ℥j. Scammon. ℈iv. Spir. Vini Gall. lib. iv. digere. Doſ. ℥ij. ad ℥iv.

*Tinct. Purgans Cephalica.*

℞ Sennæ ℥ſs. Rhab. Agar. Spec. Hieræ pic. ā ℈ij. Vini albi lib. j. macera.

Egregiè profeciſſe novi ad Cephalalgiam, & Vertiginem à Stomachi cruditate inductam. Dentur cochl. iij. veſperi, & iv. manè proximo; alternis, vel tertiis diebus, cum levi regimine.

*Tinct Rhabarbari ſimplex.*

℞ Rhabarb. inciſi ℥ij. Spir. Vini Gal. lib. ij. infunde in frigido.

Ad Colicam expertiſſimum & optimum. Doſ. ℥iij. vel ℥iv.

*Tinctura Stomachica.*

℞ Cinnam. ʒij. Mac. Nuc. Moſc. ā ʒiſs. Garyoph. gr. 45. Gran. Parad. ℈j. Flaved. Cort. Aurant. recent.

cent. ʒj. Croci ℈ij. Coccinel. gr. xv. Tinct. Sal. Tart. ℥xij. digere ſ. a.

*Trochiſci Apoplectici.*

℞ Ambr. griſ. ʒſs Ol. Roriſm. Cinnam Nuc. Moſch. ā gut. ij. Ol. Garyoph. Aniſi ā gut. j. Spir. Lavend. comp. ℈iv. Sacch. alb ℥iv. Mucilag. Gum. Tragac. q. ſ. f. Trochiſci drachmales, quorum una veſcatur Patiens ad libitum, præſertim mane & veſp.

*Trochiſce Balſamici.*

℞ Sang. Drac. (in guttulis) ℈ij. Flor. Benzo. gr. xvj. Balſ. Gilead. gut. xij. Sacch. alb. ℥iv. Mucil. Gum. Tragac. q. ſ. f. Troch. pro Phthiſicis.

*Troch. Catarrhales.*

℞ Succi Glycyrrh. ℥ij. Sacch. alb. ℥iv. Opii ʒj. Mucilag. Gum. Tragac. q. ſ. f. Troch. ſ. a. Drachma j. continet unum circiter granum Opii.

*Troch. Cephalici.*

℞ Pul. de Gutterâ, Cinnab. Antimon. ā ℈ij. Ol. Roriſmar. Nuc. Moſch. ā gut. ij. Sacch. alb. ℥ij. Mucil. G. Tragac. q. ſ. f. Troch. ſ a.

Ad Cephalalgiam idiopathicam, Vertiginem, Epilepſiam, & Affectus Convulſivos.

*Troch. Hæmoptoici.*

℞ Terr. Iapon. ʒij. Croc. Mart. aſtring. ʒj. Sacch. Saturni, Sang. Drac. ā ʒſs. Sacch. alb. ℥iv. Mucilag. G. Tragac. q. ſ. m. f. Troch.

*Troch. Moſchati.*

℞ Moſch. gr. vj. Ambr. griſ. gr. iv. Sacch. candi albi ℈ſs. omnia ſuper marmor. ferantur cum Spjr.

Roſar.

Roſar. gut. x. deinde adde Rad. Ireos Florent. ℈iv. Amyli ℥ij. Sacch. ℥iv. Mucil. G. Tragac. q. ſ. f. Troch.

*Troch. Paralytici.*

℞ Sacch. alb. ℥j. Sp. Lavend. comp. gut. 60. Ol. Roriſmar. gut. iv. Mucilag. G. Tragac. q. ſ. f. Troch. parvi.

*Troch. Pectorales.*

℞ Rad. Ireos Flor. Glycyrrh. Enulæ ā ʒſs. Flor. Sulph. ℈j. Flor. Benzo. ℈ſs. Ol. Succini gut. ij. Ol. Aniſi gut. iv. Sacch. alb. ℥iv. Mucil. Gum. Tragac. q. ſ. f. Troch. Præſtantiſſimi.

*Troch. Pectorales nigri.*

℞ Sacch. albi lib. j. Succi Glycyrrh. Hiſpan. ℥iv. Balſ. Sulph. Aniſati ʒj. cum Mucagine Gum. Tragac. Aq. Fænic. extracta f. Troch. parvi, & rotundi.

*Troch. Peruviani.*

℞ Pul. ſubtil. Cort. Peruv. ℥iſs. Balſ. Capiv. ʒij. Sacch. Roſ. (Aq. Abſint. ſolut.) ℥viij. cum Mucilag. G. Tragac. f. Trochiſci didrachmales.

Febres Hecticas, Tuſſes Phthiſicas, Dyſpnæam, & reliquorum ejuſmodi Symptomatum ſatellitium ſuperant (inquit Communicator) præmiſsâ venæ ſectione, ſi opus fuerit.

Patiens veſcatur unâ quater in die; ſuperbibatque ℥iv. Decocti Pectoralis.

*Trochiſci Phthiſici.*

℞ Succini Myrrhæ ā ʒij. Styr. Calam. Benzo. Sulph. vivi, Auripigm. ā ʒj. cum ſolut. Gum. Tragac. f. Troch. pro ſuffitu.

*Troch.*

*Troch. Stomachici.*

℞ Pul. Rad. Angel. Hiſp. Sang. Drac. ā ʒj. Ol. Cinnam. Nuc. Moſch. Caryoph. ā gut.ij. Ol. Ment. Abſint. ā gut.j. Sacch. ℥iv. Aq. Naphæ q. ſ. cum Mucil. G. Tragac. f. Troch.

*Trochiſci è Tamarindis.*

℞ Tamarid. ( ope Mucilag. Tragac. tenuis diſſol. & per ſetaceum traject. ) ℥j. Suc. Glycyrr. Hiſpan. pariter in eâdem Mucilagine ſolut. ʒij. m. & f. Troch. qui in lamellas tenues rotundas inſtar rotularum obſerendis Epiſtolis confectarum ( Anglicè *VVafers* ) concinnentur; & in furno ſiccentur,

Expetibles & Vtiles ſunt, ad Sitim fallendam in Febribus.

*Vapor. ad Anginam.*

℞ Piperis pulv. ℥j. Lactis lib.ij. coq. ad lib.iſs. dein ponatur in lagenâ ſtricti orificii, & vapor calidiſſimus ore hianti excipiatur.

Remedium hoc facilè parabile Pituitam lentam Glandulas, & carnem ſpongioſam obſtruentem; Sanguinis & humorum motum impedientem; exindeque inflammationem, tumoremque inducentem, potentiùs quàm quævis Gargariſmata, attenuat, liquat educit; atque ità periculoſum affectum efficaciùs ſolvit.

*Vapor Auricularis.*

℞ Rad. Helleb. albi, & nigri ā ℥j. Bac. Iunip. Lauri ā ʒvj. Sem. Cymini ℥ſs. Herb. Rutæ Abſint. Flor. Chamæm. ā Mj. Aq. font. lib.iij. Aceti lib. iſs. coq. ad lib.iv. pro vapore.

Subtilis

Subtilis hic, & accerrimus Vapor ad Tympanum uſque penetrat; Cerumen, & Sordes fundit, & detergit; Auriſque tonum egregiè firmat. Celeberrimus quidam Practicus hoc pro ſummo ſecreto ad Surditatem tenuit, & mirè decantavit.

*Vapor è Colocynthide.*

℞ Pomi Colocynth. ℥ſs. Summit. Sabinæ Mij. Herb. Matricar. Puleg. ā Mi. Bac. Lauri Iunip. ā ℥j. coq. ſ. a. in Aq. font. lib. v. ad iv. cola; & uſus tempore adde Spir. Sal. Armon. q. ſ. ad acrem exhalationem.

Ad Menſes evocandos, hujus Vapor fervidus accipiatūr per Infundibulum in ſellâ perforatâ vndique clausâ: & cum defervet, iterùm calefiat injiciendo Silices ignitōs, & Spiritum Salis Armoniaci.

Spiritus Salis Armoniaci artificioſè a Rhumelio, & Glaubero per Inſtrumentum quoddam ligneum, ſuperiori parte perforatum in Menſtruorum obſtructione Fæminis cum ſucceſſu adhibetur. Sed aliud (inquit Etmullerus Tom. 2. p. 1589.) adhuc proſtat Inſtrumentum efficacius longe; ſc. Phiola oblongi & tenuis colli, cujus capitulo Spiritus Salis Armoniaci infunditur: hinc collo linteis obvoluto, & vaginæ Vteri intruſo, capitulum phialæ lenioris ignis carbonibus (vel Arenæ calefactæ) imponatur ut incaleſcat, & Spiritus, atque Sal volatile exitum quærat, & penetret. Halitus enim aſcendentes Reſolvendo, Incidendo, Corrigendo, ac demum Educendo humores noxios ibidem ſtabulantes, vel contentos, optimè operabuntur. Et profectò hâc ratione reſpondebit Eventus ſpe felicior.

### *Vapor Emmenagogus.*

℞ Scoriarum Reguli Antimonii pulv. ℥iv. coq. in Lixivii cinerum ſaturati q. ſ. ut extrahatur rubedo. col. ℥iv. admiſce Vini Malvatici ℥j. (vel potiùs Spir. Vini ℥ſs.)

Hujus mixturæ cochleare unum, alterumve ſuper ſilices ignitos affundatur, & patiens fumum aſcendentem excipiat.

Hoc faciendum tamen juſto tempore; & Menſes proſilient (inquit Hartman, cujus hoc eſt Experimentum) proſpero cum ſucceſſu potentiùs verò agitur (ait Zvvelfer) ſi illa uteri vaginæ ſyringe injiciatur.

### *Vap. Hæmorrhoidalis.*

℞ Herb. Verbaſci, & Hyoſcyami ā Miv. coq. in Aq. lib. viij. ad lib. vj. vapor calidus per ſellam perforatam accipiatur.

Ad Hemorrhoides tumentes diſſolvendas, & dolentes demulcendas, optatiſſimum remedium.

### *Vapor Pectoralis.*

℞ Balſ. Tolut. Gum. Benzo. ā ʒij. Herb. Hyſſopi, Puleg. ā Mj. Sem. Aniſi ℥ſs. coq. in Lact. lib.iij. ad lib.ij. tandem adde Spir. Sal. Armon. ʒij. m.

Hujus Decocti efferventis vapor, per foramen chartæ in conum convolutæ, in Pulmones hauriatur; atque manè, & veſperi, per horæ quadrantem, adhibeatur.

Quamvis Aſpera Arteria nullos admittat liquores (ut ſub titulo Lohoch Haly dictum) ſine reluctatione tamen Vaporibus concedit, ut immediatè, & integrè in Pulmonum tubulos, & veſiculas ſeſe inſinuent. Hoc remedium Phthiſicis multifariam prodeſſe ſolet;

namque

namque ob calorem confortativum, & digerentem, partium tonum reficit; cruditáteſque maturat: ob vim incidentem, & irritantem, ſaburram viſcidam attenuat, excutitque denique ob qualitatem balſamicam, & ſanativam, diſpoſitionem putredinalem corrigit; vaſorumque rupturas reſarcit.

*Vap. ad Vrinam ſciendam.*

℞ Rad. Raph. ſylv. contuſ. ℥viij. coq. clausè in MB. in Cereviſ. fort. lib.iv. Vaporque ejus calidus accipiatur per ſellam perforatam.

Quandò fit Iſchuria propter dolorem calculoſum fibras carneas Viſicæ vel rigidè conſtringentem, vel Paralyticè relaxantem; hujuſmodi Vapor acris Vrinæ emiſſionem egregiè promovet. Spaſmum enim ſolvendo, ſpirituſque ſuſcitando efficit, ut Fibræ dictæ ad neceſſarium opus Compreſſionis ſeſe iterùm accingant. Quandò autèm ſupprimitur Vrina propter Calculum os Vrethræ opplentem, & meatum obſtruentem; parùm tunc, aut nihil juvaminis ab eo expectare licet.

*Vinum Amarum.*

℞ Vini albi lib.ij. Spir. Vini ℥iv Rad. Gent. ℈iv. Summit. Card Centaur. min. Flor. Chamæm. ā ℈viij. Cort. exter. flav. Aurant. recent. ʒij. Mac. Nuc. Moſc. Garyoph. Coccinel ā ℈ij. Macera duos, dies, & cola. Vide Infuſum Amarum.

*Vin. Amar. Catharticum.*

℞ Vini Amari lib. j. Sennæ ℥j. Rhab. ʒij. f. Infuſio, & col.

Doſ. cochl. v. vj. vij.

*Vin.*

*Vin. Amar. Chalybeatum.*

℞ Vini Amari & Chalybeati ā lib.j. m.

*Vinum Catharticum.*

℞ Sennæ ℥ij. Tart. albi ℈viij. Vini albi lib.ij. Spir. Vini Gall. ℥iv, frigidâ, triduanâque facta maceratione, eliciatur Tinctura.

Vel poteſt per ſe exhiberi ad ℥iv. vel ex eo parari poſſunt extemporaneæ potiones purgantes; addendo ſc. Ol. Aniſi gut.j. Syr. Roſ. Scammon. præp. &c. pro re natâ.

*Vin. Calybeatum.*

℞ Limat. Chalyb. ℥ii. Succi Aurant. acid. N. viij. (vel potiùs ℥iv.) ſtent ſimul 24 horas; dein adde Vini albi lib.iv. Cinnam. ℥ſs. Garyoph. ʒii. Mac. ℈iv. ſtent tepidè 4 dies.

Quicquid virtutis Chalybs poteſt Vino impertire, hoc integrè poſſidet. Aliqui, quoniàm Chalybis uſum volunt eſſe primarium, ut Acida deſtruat, vehementèr nolunt eum cum Acido præparari. Si verò Hypotheſi ſuæ minùs inſervirent; & Experientiam magis conſulerent; certò diſcerent, clavem Acidam, præ aliis omnibus, ad Ferrum reſerandum, apta eſſe. De viribus autem Chalybis conſulatur Pulvis Chalybeatus. Hoc tamen adjiciam, quòd ſi Fermentum Ventriculi depravatum corrigere prima eſſet mihi intentio; Electuario, vel Pulvere uterer; Sin verò Sanguinem ipſum, & Corporis habitum præcipuè reſpicerem, tunc Vinum libentiùs eligerem. Doſ. ℥iij. bis quotidiè.

*Vinum*

*Vinum Diureticum.*

℞ Vini albi lib.ij. Sal. Abſinth ʒij. m.

Nemini non notum eſt remedium ad Hydropem, ex Cineribus Abſinthi, aut Geniſtæ lib.ſs. & Vini albi lib.iiſs. paratum: Cùm verò Vinum illud nil poteſt ex cineribus extrahere, præter Salem fixum; liquidò patet hoc idem eſſe remedium extempore paratum. Præter Hydropem, valet etiàm ad Nauſeam, Vomitum, & Febres Intermittentes. Doſ. ℥iv. vel ℥vj. bis in die.

*Vin. Enulatum.*

℞ Rad. Enulæ virid. Sacch. alb. Vvar. Corinth. inciſ. ā ℥iv. Vini albi lib.iv. infunde frigidè.

